Procedit etiam p̃dicta cõcl. ſm Moder. mediola. hic dato ꝙ ꝓprias filias a teſta. in teſtõ excluſas ꝓponaꝛ & ſubſtitutionem factam in ꝓximiorẽ agnatum filio ſine maſculis decedente adhuc dicendum eſſet, filiis maſculis non deberi fideicõmiſſum, quia verba a quibus non eſt recedendum hoc non dicunt, & credẽdũ eſt teſtatorẽ ea condi ſolum filiorum fauorem reſpexiſſe quos in caſu exiſtentium maſculorum liberauit ſm eos. Q. d nõ eſt recipiendum quia tunc ex coniecturis teſtamenti ſaltẽ tacite apparet de mente teſtatoris uocantis maſculos in condi. poſitos, quum ne excluſis filiabus ꝓpriis uocauerit ꝓximiorem de agnatione decedentibus filiis inſtitutis ſine maſculis, cui dubium ꝙ magis uoluerit uocare maſculos ex filiis ſuis deſcendentes, alias ſequereꝛ maximũ abſurdum ꝙ agnatus ꝓximior excluderet filias teſtatoris a bonis prædictis, filii uero maſculi ipſius teſtatoris illas non excluderent, qđ non eſt dicendum. Et ita cõiter tenent ſcribentes qcqd dicant p̃fati Moder. ut p Curt. ſeniorem, in conſ. lxxvi dñs Ludo col. iiii. Soci in. d l cũ auus, col. xlviii uerſi. iii q̃rit de. q. Ripã hic, & in. d. l. cẽturio, & Curt. iuniorem cõſ. lxxxvii. ubi Brixiæ ea p̃cipue ratione ſic conſuluit, & Deci conſ. cclxx col. ij. & . iii.

Ita ꝙ ex talibus ſignis & coniecturis prædicta uerba cō
ditionalia nutum & intellectum teſtatoris oſtendunt,
nec ad diſpoſitionem tranſeunt, ut per Alex. & alios in
.l. in legatis infra de lega. & oēs in .d. l. centurio. Cui ſniæ
adſtipulatur etiā Soc iunior in p̄alleg. cōſ. cxviii. col pe.
& fi. licet ō per me citata non adducat, & Goza. in p̄all.
conſi xxvi. & .lxiiii facias igitur de p̄dicta ampliatione
limitationem, ut maſculi p̄dicto caſu ſubſtituti cenſeātur,
ac ex teſtamento uocati ſunt etiam aliæ cōiecturæ, quæ
colligi poſſunt ex teſtō, per quas infertur poſitos in con
di. ſubſtitutos ac uocatos cenſeri de quibus in ſupra alle
gatis conſiliis meminere doctores, ad quos me remitto.
54 illud autem certum eſt, * ꝙ quando inſtituti nō ſunt de
deſcendentibus teſtatoris vel de agnatione, ſed extranei
ꝙ tunc maſculi in condi. poſiti non cenſentur uocati ex
teſtamento, ſed verba formaliter & conditionaliter, (ut
iacent) accipiuntur, quia ceſſat ratio conſeruationis fami
liæ, & agnationis per conſeruationem bonorum in ea,
vt per Soci in conſi. xxxiii. col. ii. & conſ. lxxiii. col. pe.
li. iiii. Deci. in cōſ cccl xx. & Pari cōſ lxxxvi col. pe, li. ij.
55 Quinto noto ibi * facta diuiſione ſm Ripā. in. ii col.
ꝙ per ſimplicem diuiſionem nō tollitur fideicōmiſſum
conditionale ampliando & limitando, ut per eum, ſed
eſt materia §. duo fratres. l. qui Romæ, de uerb. oblig.
ubi per ſcriben Deci in conſ. cclxxxvii. & cccc xcv. &
Ruinum in pluribus ſuis conſiliis. li. volu. ſed hæc lex
non meretur in propoſito allegari, quia hic fideicōmiſ
ſum conditionale pendente condi. finitum fuerat, ut in
principio legis dicitur poſtmodum defecit conditio per
ſuperuenientiam Philini filii, ita ꝙ ſi non fuiſſet conuen
tione finitum non potuiſſet locū habere & in conſidera
tione amplius non fuiſſet, iuxta l. ex facto, in. §. ex facto
.ff. ad treb. cum ſimilibus, ita ꝙ inepte ex iſto textu col
ligit Ripā, ꝙ per ſimplicem diuiſionem non tollatur fi
deicōmiſſum conditionale, quāuis id uerum ſit in ſe, &
illa uerba facta diuiſione ſunt uerba Imperatoris relati
ua facti per Philinum ꝓpoſiti Rñdet. n ꝙ poſt diuiſio
nem factam iuxta formā conuentionis & ſextantē datū
uel remiſſum, licet eo ſuperſtite deceſſerit eius pater &
ſic conditio fideicōmiſſi ceſſauerit, tñ reperi non pōt, qa
non ceſſauit cā ob quā ſextans datus fuit, uidelicet remiſ
ſio incertæ ſpei, nec erat aut poterat eſſe amplius qō aut
dubium de fideicommiſſo tollendo, ſed ſolū de repetit.
ſextantis dati uel in diuiſione remiſſi, ut ex tex appet.
56 Vltimo noto ibi * te filio eius ſuperſtite iunctis præce
dentibus uerbis ſi ſine liberis decederet, ꝙ conditio ap
poſita in plurali numero, ſi ſine liberis deceſſerit, verifi
catur in vno qui facit deficere conditionē, ut hic p̱ Soci.
Deci & Curt. quod in caſu p̄dicto non habet dubium,
tum quia liberorum appellatione, multitudinis numero
ſeu plurali proferri ſolet. l. prima infra de cōdi. inter l. nō
eſt ſine liberis, de uerb ſig pulchre Aul. Gell li ii. Noct.
attic tum quia negatiue eſt ꝓlata ſm Deciū hic reſoluen
tem ꝙ ſi diſpō eſt negatiue ꝓlata uerificatur in vno iuri
bus p̄alleg ſecus ſi affirmatiue quia requiruntur ſaltem
duo. l. ubi numerus. ff. de teſti. quæ ſolutio confundit pri
mo per textum in d. l. non eſt ſine liberis cū ſequenti, ibi
neceſſe eſt dicamus liberos habere, qui vnū filiū filiāue
reliquit ſecūdo per ea quæ ipſe dixi ō. contra Feli. ꝙ ſi
caueatur aliquo ſtatuto, vt ſtantibus maſculis filiꝫ fœmi
næ non ſuccedant, ſtatutū locum habebit vno ſolo ma
ſculo ſtante, quia quādo eſt eadem ratio in vno, quæ in
pluribus, pluralitas reſoluitur in ſingularitatem, ut con
cludūt Paul de ca. & alii cōiter in. d. l. pria infra de cōdi.
inſer. de quo articulo uide ipſummet Decium ſibi con
trarium, & ſic concludentem in conſ. xv. l. cclxx. cclxx
vij cccl xx. cccclxxx ccccxcv. cccccl xx. Pariſi conſ. xiij.
li. ii. & quæ ego ſcripſi in l. ſingularia in quīto notabili.
ff. ſi cer pet. ubi poſt alios adheſi concluſioni p̄dictæ, ꝙ
quādo eſt eadem ratio in vno quæ in pluribus, tūc plu
ralitas in ſingularitatem reſoluatur. Abſoluta Paduæ.
xiiii. ianua M D X L vij. lectionibus Septē. nobilium et
doctiſſimorum virorum præſentia ſemp̱ interueniēte,
ſuperuenientibus feriis carniſpriuii a lectione publica ceſ
ſauimus, & quæ ſequuntur ꝓ cōplemento legis & ma
teriæ ſtudio (ut aiunt) camerario ſcripſimus.
Glo. prima utrum bene interpretetur textum noſtrū
in illis uerbis conditionis incertum, in primo notabili di
ximus & eſt tenendus ſecundus intellſ ꝙ hic grauamen
ad vnum tantum ſe haberet, ut in principio legis dixi.
Glo. in uerbo conuentione, id eſt pacto vult, q. hæc
conuentio non fuerit tranſactio, ſed pactum de quo di
cam in glo. fina.
Glo. in uerbo finitum eſt, exponēs, id eſt finiri potuit:
fuit Ceruotina expōnē faciens contra textum, ideo rep̄
hendit hic per Iaſo. & bene, Imperator. n. primo reſpon
det iuſtis rōnibus iſtud fideicōmiſſum inter fratres finitū
eſſe, inde infert ꝙ pactum de aliquid dando ꝓ remiſſio
ne incertæ ſpei fideicōmiſſi conditionalis tp̄e quo liberi
non aderant, non pōt iniquū uideri q̄uis dans poſtea fi
lios ſuſceperit, & cōſequenter quum uerbum finitū eſt,
ad qōnem per Philinū ꝓpoſitā referatur, de remiſſione
illius incerti inter fratres cōpoſita apparet ꝙ ſtat ꝓprie,
quia incertum illius conditionis remiſſum erat, & finitū,
male ergo expoſuit glo. finitum, id eſt finiri potuit.
Glo in verbo ſextante, dum intelligit tex. de ſextante
hæreditaris partis Philini, non de ſextante totius hæredi
tatis, quicquid hic dixerit, Alex. in l. ex facto, in. § ex fa
cto, el. i. ff. ad treb. bene loquitur, ut pulchre per Rimin.
infra in vlt. col. & Iaſ. iii uer. il. & fortius.
Glo. in uer. Philini ad patrem interrogantis, & q̄rētis,
referens interpretationem vult prout etiam in p̄cedenti
bus dixerat, ꝙ pactum factum fuerit inter Frontonem
& Philinū fratres, lex uero iſta ad interrogationē filii q
ut ex inſcriptione ipſiꝰ legis appet, Phil. filiū nūcupabat.
Glo. magna, diuiditur in quatuor partes, ut per Iaſo.
vel melius in quinque, vt per Ripā, quia pro veritate in
verſi. ſed an cautio, formatur principaliter p̱ glo alia qō
ſicut in uerſi. præcedenti. Itē an poſſet, ſicque duæ ſunt
partes, non vna tantum, ut Iaſ. diuidendo dixerat.
Superfluitas q̄dam uidebatur in principio iſtius gl.
p̱p̱ oppōnem formatam in uerſi. v. hoc pactum. tñ ad di
uerſa tendunt, ut poſt Fulg. declarant Lā Deci Aquenſ.
& Cur. & ſm Alex ſolutio gl bona fuit eſt iuſque de
clarāt, Alex. & Rimin. ō in. l col. faciāt q̄ i. 3. not. di ſmᵒ.
Accurſ. hic formādo tot oppo. & qōnes reddidit hāc
ſuā gl. ualde notabilē, & ſubtilē expediam illam ſequen
do ordinem Bart.
In gl. igitur ibi in repudiatione, hic in pacto eſt nota
bilis ſolutio ad iura in oppoſitum allegata, ꝙ ius de fu
turo tollatur pacto, ut hic, non autē ſimplici renūciatio
ne, * ut in contrariis, ut n. in rubri uidiſtis, pactū ē actus 57
qui duorū conſenſu nititur, ideo reputatur fortior, pōt
confirmari, & exornari, ut hic per Aquenſ in. iii col. fa
cit illud vulgatiſſimū ꝙ duo uincula magis ligāt q̄ vnū,
iuribus notis, & licet dicta rō ſit cōiter approbata, ut hic
per Bart. Rimin. & Lā. Deci. col. ii. & iii. Iaſ. col v. & Dec.
v. melior tamen & fundamentalior rō eſt quia repudia
tio eſt abdicatio q̄dā quæ operari non pōt in eo quod
non eſt nobis delatum, §. i. l. ſi ita ſcriptū. ff de lega. ii ſed
ex pacto oritur obligatio ad non petendū in futurū, ſi id
agatur, ideo nimirum ſi p̱ uiam pacti renūciatur iuri de
futuro quod adueniente condi. tollit̃, renuncians ergo iu
ri de futuro ius a ſe abdicare intendit, quod facere nō po
teſt, quum illud non habeat, & priuatio habitū p̄ſuppo
nat l. decē. ff. de uerb. oblig. l. remittit. ff. de iur. iu. & non
entis nullæ ſunt cauſæ aut qualitates l. pe. ff ſi cer pet. ſed
Pariſiē. ultra quod ius illud a ſe abdicare intendat obli
gat ſe perſonaliter non petere in futurū, ſuper qua obli
gatione de p̄ſenti fundat̃ renunciatio, ideo nimirū ſi tol

litur

litur potius pacto, q̃ ſimplici renunciatione, & quicq̃d
dixerit Deci iſta eſt nunc omnis ſcribentium ſnia. Ita.n.
hic cõcludũt Iaco.butr. Bal. Sali. Paul de ca. Aret. Curt.
& oẽs Moder. taurin. Papien. & Mediol & Abba. in c.
ex multiplici. de decim.

58 Sed mouetur pulchra dubitatio ꝙ utrum p̃dicta ꝓce
dant quando uerba renunciationis tp̃s futurũ reſpiciunt
Deci hic col. vi. negatiuam partem amplexus eſt dicens,
ꝙ in terminis noſtræ legis ſi renunciatum fuiſſet futuro
fideicõmiſſo quod ſperabatur ita uoluiſſet renunciatio
ſicuti pactum idem uolunt hic Moder. tau in. col xv. in
uerſi. & ex p̃miſſis, inferentes tunc nullam eſſe dr̃iã inter
pactum & renunciationem, ubi uerba reſpiciũt futurũ,
quia diſpõ confertur in tp̃s habile. ergo debebit ſubſiſte
re ꝑ regulã. l. in tp̃s. d. de hær. inſti & miror ꝙ non alle/
gauerint Alber. & Paul. de ca ita tenentes quos hic re/
fert, & ſequitur Aquen in. iii. col. ſed refragat̃ ratio cõis
concluſionis ſupra relatæ. cur ius de futuro tollatur pa-
cto, renunciatione uero non, quamuis.n renuncians in/
tendat a ſe abdicare in futurum ius, id facere non poteſt
ſi nullum habet ius. l decem & l. renittit p̃alleg & con/
ſequenter lex reſiſtit initio, ergo renunciatio nõ tollit ius
ipſum de futuro, & ita ſubtiliter põderãdo uoluit Bart.
hic in. ii col. in uerſi. ſed ſi uerba pacti, niſi p̃dicta renun/
ciatio transiret in pactum, ut quia facta eſſet parte p̃ſen/
te & uerifimiliter acceptante. aut renuncians ſe obligaret
ad non petendum in futurum, ut hic pulchre per Rimi.
in. iii. col. Curt. & Ripam. vi. & Moder. mediol ſup uer/
bo iniquum, tamen in prædictis caſibus eſſemus extra
materiam & terminos renunciationis. primo.n. caſu da
ra partis præſentia reſultat pactum, quia duorum cõſen
ſus, & ſic obligatio ad non petendum. l tale pactum in
principio. ff. de pactis, ut per Curt. in vi col. altero caſu,
quando renuncians ſe obligat nunc &c. ad non petẽdũ
egreditur pariter naturam ſimplicis renunciationis, &
ceſſat ratio a doctoribus in materia ſimplicis renuncia/
tionis communiter conſiderata de qua ſupra.

59 Text. autem ✱. § primi. d l ſi ita ſcriptum dum loquit̃
de die certa melius q̃ ſentiat Deci declarat, ut hic per
Curt. col iiii ſequentẽ glo ibi ad. §. uero ſi parens in glo.
al eg bona eſt ſolutio gloſsæ, ut hic per Aquẽſ in. ii. col.
circa quod uide quæ ad finem ſecũdi notabilis diximꝰ.

60 In eadem parte gl. ✱ ibi ſed error, licet Alex. ſequatur
hanc ſolutionem uti ueram, & notabilem tamen non
ꝓcedit quum ibi potius eſſet ignorantia, & dubõ q̃ er/
ror, quę inter ſe ualde differunt, ut hic ꝑ Moder. taurin.
col. xv. ideo ſolutio gl una cum ſolutione Bart. reprobã
tur hic per Lã. Deci. & Aquenſ. col. ii. & iii. tamen ſolu/
tio Bar. defendi poteſt, ꝙ ibi nec re nec ſpe ius cõpeteret:
quia ex quo nepotes futuri hæredes ignorabant mater/
teram mortuã non poterant adire. l hæres inſtitutus, & l.
qui hęreditatem de acquirẽ. hæredit quo cõſiderato ap
paret quod ibi non cõpetebat ius nec re nec ſpe, ut hic ꝑ
Deci. & Curt. col iiii. & v. põt etiã defendi ſolutio Bart.
intelligendo de iure hæreditario, ut hic per Aquenſ col.
ſi ſolutio tamen magis realis, & cõiter recepta ad tex. d.
l. nec nos eſt, ꝙ dubitabatur ibi de morte matertere de
cuius bonis agebatur an capta uel interfecta eſſet ab ho
ſtibus, ideo ſicuti non ualet pactum de hæreditate viuẽ/
tis, ſic nec de hæreditate mortui, de quo tamen dubitat̃
an uiuat, ut hic per Bart. in. iii. oppoſ. Deci. col. v. taurin.
xv. & alios Moder. non.n. ſufficit habere potentiam pa/
ciſcendi niſi paciſcẽs ſe poſſe uere ſciat. l hæres inſtitutus,
& l. qui hęreditatem infra allegatis. l. quæro. ff. de eo qui
pro tut. l. multum cum ibi notatis per Bart. & ſcriben/
tes. ff de condi. & demõ l. ſed & ſi de ſua, de acqr. hær. cũ
notatis per Bart, & tradunt hic Lã Deci. & Aquenſ. col.
ii. & iii. & ulterius ratio aſsignari poteſt, ✱ quia cũ iſtud
61 poſſet ſe habere, ut ad ꝓhibitum, & ut ad ꝑmiſſum, ſtat
ut ad ꝓhibitum per tex. in. l. prima in. §. ſi pendeat. ff. ad
macedon. facit lex ſi Ruffinus cũ not. per Alexã. & alios
infra de milit. teſtamẽ ut hic per Aquenſ. col. iii. & Lãcel.
Deci in. l edita col. vi. ff. de eden.

Contra prædicta tamen facit ✱ quod ſcribit Bart cõſi. 62
xi. col. viii. lib. primo uolens ꝙ beneficium clerici uaga/
bundi uel de cuius uita dubitatur conferri poſsit per eũ
ad quẽ collatio ſpectat per tex. quem dicit ſingul. in. l. li/
bera peculii. ff. de pecul. & gl. in. c. non oportet. el. ii. ĩ uer
bo proficiſci de conſecra. diſtin ulti. licet igitur dubiũ ſit
de uita tamen iudicatur, ut de morte, quia beneficium
poteſt alteri conferri ac ſi ille mortuus eſſet, uos uideatis
pulchre Feli in c. qm̃ frequẽter in. § porro col. pe. extra,
ut lite conteſt. licet non faciat mentionem de Barba. du/
bitat illa gl. dicens nihil de ea potuiſſe reperire. & ſic q̃uis
Fel. oĩa uidiſſet Barbat. tamen non uiderat, & inclinat ip
ſe Feli. in contrariam partem per tex. d. l. nec nos, & be/
ne, & ad. d. l. libera peculii reſpondet, ꝙ loquitur in ſer/ 63
uo qui liberam peculii adminiſtrationẽ amiſit, ex quo
dominus de illius uita dubitat, quũ æquiparetur ibi fugi
tiuo qui prædictam adminiſtrationem amittit, abuten/
do conceſsione per dominum ſibi facta, ſeruit in ꝓpoſi
to qđ hic in. v. col Deci traditꝰ ꝙ l. ante dubio de mor 64
te emphiteotæ non poteſt dominus emphiteoſim reuo
care. niſi ꝓbet mortem, & fuit Iaſo. licet Deci. taceat quẽ
refert, & ſequitur Feli. in. d. §. porro col. penu. 65

In ea. gl. ibi §. quod ait p̃tor, ✱ ſolutio gl. ad illum tex.
qđ licentia magis accederet repudiationi q̃ pacto qcq̃d
inaduertenter hic dixerit Aquenſ. col. iii. cõiter dãnatur
ꝑ doc ut hic ꝑ Bart. Bal. Pau. de ca. Alex. Rimin Dec &
Curt. ſubtiliter tamen conſiderãdo ſaluari poteſt, ut hic
per Sali. quem ſequuntur Moder. taur. in. ix. col. quia cũ
ibi conſenſus non ſit obligationis, ſed licentiæ & permiſ
ſionis reuocabilis ac gratiam ſapiens conſiderato fine a
quo res diiudicari debet. l. rem in fi. infra de iudi. magis
repudiationi vĩ accedere, q̃ pacto, qđ ad obſeruantiam
obligat. Iſta fuit intẽtio gl. q ſentit id quod præfat. cõiter
tradunt, clarius explicantes ꝙ ibi ſit conſenſus permiſ/
ſionis, & licentiæ non obligationis. Et ideo ſi uerba per
modum obligationis in futurum cõcepta ibi fuiſſent nõ
procederet illius textus diſpõ. ita pulchre voluit Bart. in
fra in. iii mẽbro principal. & extollit hic Curt. in. vii. col.
& ad oppo. Rimin. in. iii. col. ꝙ ex quo legatarius p̃ns
ibi erat, q̃uis mea renunciatio fuiſſet ac repudiatio de/
buiſſet in vim pacti valeret l. tale pactũ in principio. ff.
de pac. Reſpon. ꝙ conſideratio ꝓcedere poſſet, in renun
ciatione q̃ ut. ſ. dixi data p̃ñtia partis in vim pacti trãſit,
ſed doc. in p̃dicta ſolu. loquuntur, de ſimplici licentia &
ꝑmiſsione abſque animo paciſcendi ſeque obligandi in
teruenienti quæ a renunciatione differt quicquid dicat
Rimin ideo nimirum ſi non ualet in uim pacti facit re/
gula vulg. l non omnis ſi cer. pet. Nec obſtat qđ in op/
poſitum hic in. vi col Deci. adducit ꝙ licet in eo conſen
ſus eſſet licentiæ tñ ſufficiens erat excludere interdictum
illud competens contra occupantem legatum cõtra uo
luntatem hæredis, quia quũ adhuc non eſſet hæres talis
uoluntas (ut ibi dicitur) ſibi non nocet, conſenſus tamẽ
(ut diximus) fuit ibi ꝑ modũ licentiæ, & permiſsionis,
aliã tñ ſolu. accõmodauit hic Bart. ꝙ ibi non cõpetebat
ius nec re nec ſpe, ideo non potuit per pactum tolli, &
illam defendit Alex. hic.

Nec obſtat ꝙ in cõtrariũ Rimin. adduxit qđ imo cõ
peteret ius in ſpe ad interdictũ quorũ leg. ex quo appa
rebat de uoluntate legatarii uolentis auctorita. ꝓpria rei
legatæ poſſeſsionem ingredi, ita ut ceſſet ratio Alexã. ꝙ
non ſit p̃ſumendũ legatariũ ita facturũ ꝑ vulgatã regu/
lã. l. merito per Soci. qa iã conſtabat hæredi. de uolũtate
ingrediendi, quia reſpõ. ꝙ legatarius uolebat ingredi hę
redis volũtate non ꝓpria auct & ſic militat rõ Bart. &
Alex. ꝙ nec ſpe cõpetebat ius ex quo nolebat auctorit.
ꝓpria ingredi, ſed ꝑmiſsione hæredis. alio mõ ſolu Bar.

impugnant, etiam hic, Deci. col. vi. & Moder. taurin ix.
Sed reſponde, & defende, vt hic per Aquẽſ iii. fateor
ſolu Pau. de ca. hic, quã ſequuntur Rimin. Curt. & Dec.
65 col. iiii. v. & vi magis claram, planam, & realem eſſe, &
fuit Bart. in contrario proue hic ait Lã. Deci * quare ãt
in. § quod ait licentia illa non inducat aditionem hæredi
tatis quum ſit actus qui fieri non põt citra ius, & nomẽ
hæredis iuxta l. gerit. & l. ꝓ hærede. ff. de acquir. hæred.
& per conſequens actum licentiæ conualidet Rimin. &
Curt. col iiii. & v. hãc difficultatem uti urgentem inſolu
tam reliquere, ſed reſpondeo negando ꝙ fieri non poſ-
ſit citra ius, & nomen hæredis, quum ſit actus (ut de ſe
patet) qui etiam per non hæredem fit.
Iuxta prædicta qualiter, & quãdo iuri de pñti aut de
66 futuro renunciari poſsit * Bart. hic pro ꝑfecta declara-
tione notabilem diſtinctionem ponit q̃ ſm Lã. Deci. &
Aquenſ cõiter approbatur, ſed eſt diligenter aduerten-
dum, nam circa primũ mẽbrum de iuribus cõpetentibꝰ
ſpe, & re Bart de ineptitudine, & repugnantia arguitur
ꝙ res, & ſpes, in eodem ſubiecto non conſiſtat, ut ꝑ p̃ſa-
tos, & ꝓbatur in l. nec emptio. ff. de cõtrahen empt ibi
quia ſpei emptio eſt, & ſic eſt ſpes non autem res, ubi er
go eẽt res ceſſaret ſpes, diuerſimode Bar. nituñ Scribẽ.
ſaluare. ut hic per Deci. col vi Aquẽſ iii. Curt v. Moder.
taurin. xi. & Ripam. vi. ego credo lecturã Bart fuiſſe cor
ruptam, & ſuperfluere illud uerbum, & ſpe ut ex ſequẽ
tibus dictis Bart patet reaſſumendo. n ipſum primũ mẽ
brum de ſpe uerbum non facit, ſed de re ex quo datur in
telligi, ꝙ in præcedentibus de eo iure locutus eſt, alias
reaſſumptio q̃onis ꝓpoſitæ nõ fieret ſm terminos pro
poſitos, quod dicendum non eſt & hoc mõ melius ſal-
uabitur Bart q̃ per alias declarationes doc. ſm quas ne
ceſſe eſt, aut ualde impropriare dicta Bart. aut ipſum
fuiſſe inepte locutũ, A rep̃henſione uero Matheſil. optĩe
põt ſaluari Bar. ut ħ ꝑ Dec. i. vii col. Aquẽſ iii & Cur. v.
Rurſus contra Bart. doctrinam vr̃ textus in. § ſi ſub
condit. l ſi ita ſcriptum de legatis ſecũdo, ubi legatũ ſub
die certa repudiari non põt, & tñ cõpetit re Abſque fa-
cto nr̃o, Ang. Aret. in. §. idem iuris col. xxix. inſtit. de ex-
cept. dicit ꝙ in hac materia ille tex ſpirtũ ſuũ turbauit
ſoluendo ut per eum, quãtum ad ꝓpoſitum noſtrũ op
poſitio optime tollitur ſecundum intellectum, & decla-
rationem glo. ibi, ut hic per Curt. in iiii. col.
67 Secundo inquantũ concludit Bart. * ꝙ iura tam pſo-
nalia q̃ realia q̃ ex aliquo facto nr̃o nobis acquiruntur,
& cõpetunt pacto tolli poſſunt, repudiatione non, exce
pto iure poſſeſsionis, approbatur cõiter declarando tñ
vt hic per Deci. col. vii. Curt. v. Moder. taurin. xii. Ripã
vi. & Feli. in. c. ſi cautio in. iiii. car. de fide inſtrum. facit
vulg regula. l. pen. j. eo. & c. ſi diligenti cum utrobique
notatis de foro cõpe. notandũq; diligẽter eſt ꝙ ſcribũt ħ
Deci. & alii Moder. ꝙ ſi confiteor rem meã tuã eſſe non
68 perdo dominium, ex quo ſine traditione in te nõ trãſfer
tur, ut etiã per Feli. loco p̃allega. * Tangunt etiã Moder.
quid de recognitione de quo latius per Ripã in. l. ſi aliꝗs
rem ff de acquir. poſſeſ. multa poſſem dicere, ſed quia
incidit, & tp̃s non patitur oĩa exequi remitto te ad Pau.
de ca in conſi. cliii. in antiquis Iaco. de ſ. Georgio. in tra
ctatu feud. in uerbo dictique vaſalli ꝓmiſerũt recogno-
ſcere Iaſo conſ lxv. lib. iii. & . cclxxvi li iiii. Deci. conſ. cl-
xxxv. col. ſi cccccxvi col. pe. & fin. Curt. iuniorẽ in cõſ.
xxi. col. iii & cxl. Brun. conſ. j & Ripã lib j. reſpon. c. j. in
quibus locis plura pulchra, & etiam utilia inuenies.
69 Circa ſm mẽbrũ diſtin. Bar. * ꝙ ius de futuro in ap-
probata ſpe conſiſtens pacto tolli poſsit, ſed non per re-
nunciationem, doc. cõiter tranſeunt prima pars conclu-
ſionis ꝓbatur per. l. nr̃am, ſecunda per. §. ſi ſub condi l. ſi
ita ſcriptum de leg. ij. rõnem aſsignauimus. * in pricipio
gl. prædicta concluſio ꝙ ius de futuro in ſpe conſidera-
bili conſiſtens non tollatur per renunciationẽ multifariã
limitatur, & primo ubi parte p̃ſente ſit, q̃a pacti uim ob
tinet l. tale pactum in principio de pac ſm Bar. & cõiter
ſcriben ut hic per Sali. col. iii. Alex. Iaſ. Aquenſ. & Curt.
& quãuis. l. tale pactum in confeſ. non in renunciatione
loquatur, ut hic dicunt Bal. & Aret. attñ in dictis libris
tale pactum ꝓbat ꝙ ꝓpter pñtiã partis q̃ acceptare p̃ſu
mitur, quum de illius cõmodo tractetur, dr̃ pactum, &
valet argumentum de confeſ. ad renunciationem, ut per
Aquenſ. in. l. poſtq̃ liti. col. iii. j eo. attñ Io. de Imol. rela-
tus hic per Alex. contrariam opĩonem tenuit. quia lex
tale pactum loquitur in iure de præſenti, non in iure de
futuro, & hanc opĩonem Imol. contra Bart Alexã. &
p̃allegatos ſequuntur hic Deci. col. pe. & Moder. Tauri.
ideo quia ratio quæ conſideratur in renunciatione, cur
non præiudicet in iure futuro, quum ante ad nos ius nõ
pertinuerit. d. §. ſi ſub condi iſto caſu ſilii militat. & licet
pars ſit pñs, & taceat repudiãs ad futurum non ſe refert
aut etiam acceptat. quum faciat animo a ſe abdicandi, iu
xta naturam renunciationis, non ſe alteri obligandi. vñ
acceptatio partis non attenderetur, argumento legis nõ
omnis ſi cer. pet. ſm Picum hic, & Moder. medio. Sed
non eſt a Bar. & cõi recedendum, quæ ſm Aquen. hic
ꝓbatur optime, in d. l. tale pactum inducendo, ut hic ꝑ
Sali & Alex. etiam ꝙ uerba in futurum nõ porrigant,
tacite ſiquidem id includunt, nam lex illa gñaliter, loqr̃,
& ꝓpter præſentiam partis uim pacti obtinet, ꝑ quod
pactum ius de futuro tollitur, ut hac lege ideo & c. natu-
ra pacti eſt, ut obliget paciſcentem ad non petẽdum in
futurum, & per conſequens etiam futurum tp̃s cõprehẽ
dere, quod concederem in dubio, ſecus quãdo uerba re
nunciationis uel pacti expreſſe ad præſens tm̃ porrigerẽ-
tur, & hoc caſu opinio Imol & aliorũ iii. alleg. ſequerer
rõnibus ſupradictis, & per doctrinam Bart. ſequẽtis mẽ
bri, & ſic federe prædictæ diſtin concordarẽ opi. & p̃di
cta concluſio Bar. ꝓcedit etiam, ꝙ pars expreſſe non ac-
ceptauerit, quia ſufficit ſola præſentia ex qua p̃ſumit̃ ac- 70
ceptatio * quum de ipſius cõmodo agatur. & qđ hic in
pen. col. dixerit. Paul. de ca. & Iaſ. in. l. poſtq̃ lit. j eo. ut
hic ꝑ Alex. & Aquenſ. ꝑ Iaſ in. d. l. tale pactũ col ij. Deci.
in. c. at ſi clerici, in principio in. xi. col. de. iudi. Deci. &
Aquenſ. in. d. l. poſtq̃ lit. col. ii. & . iii. 71
Rurſus ꝓcedit prædicta concluſio * quando aliquis
pro abſente acceptaſſet renunciationem q̃ poſtea ratifica
ta eſſet, ꝑ ipſum abſentem ante reuocationem, quia eidẽ
ꝓdeſſet, ac ſi fuiſſet expreſſe uel tacite per ipſum accepta
ta ut hic per Moder. taur. col x. per no. ꝑ Feli poſt Imol.
in. c olim col. iii. de reſcr. & idem Feli. repetit in. c ſi cau-
tio col. xii. in. xii. limitatio. de fide inſtru. Ripa tñ hic col.
v. nititur hoc impugnare quia licet cõfeſsio dicit ipſe im-
pugnari non poſsit ꝑ confitentẽ, renunciatio ſic, a renũ-
ciante uidelicet. d. §. ſi ſub condi. ſed nonne eſt idẽ in con
feſsione, quæ põt impugnari ſi facta fuerit abſente par- 72
te, certe ſic. l. certum. § ſi quis abſente ff. de cõfeſ * & in
hac materia ualet argumẽtum de confeſsione ad renun-
ciationẽ, ut poſt Bal ſcribit Aquenſ. in. d. l poſtq̃ lit. col.
iii. vbi etiam Deci. ſi cõfeſsio ꝑ aliũ acceptata, & inde ꝑ
abſentẽ ratificata prædictũ operatur effectũ, ergo & re-
nunciatio. & aduerte quia Feli. in locis p̃alleg. nõ loquit̃
ita gñaliter, ut ħ referũt p̃dicti Mode. in q̃libet acceptãte
cõfeſ. uel renun. ꝓ abſente ſed in fideiuſſore uel negocio
rũ geſtore, & ſic in hñte ptãtẽ acceptãdi, ſecus. ſ in alia
priuata perſona vulg. §. alteri. l. ſtipu. ff. de uer. obli & c.
quãq̃ de uſuris in. vi. ꝑ locũ a ſpãli, et ſentit Aquẽſ i d. l.
poſtq̃ liti. col. iii in uerſi. alius caſus ẽ. inuenio tñ ꝙ Dec.
de q̃ p̃ſati Moder. nullã faciũt mẽtionẽ in. d. l. poſtq̃ liti,
col. pe. relata opio Imol. Fel. & aliorũ in cõfeſ. & renun.
acceptata ꝑ fideiuſ. aut negociorũ geſtorẽ, ꝓ abſente ſub
iũgit imo idẽ eẽ gñalr in q̃libet pſona p̃uata ꝓ abſente re
cipiẽte, ut ꝑ Imol. i. d. c ſi cautio, ꝓ q̃ adducit tẽxtum legis
ſolut̃ ff. de neg. geſ. ꝙ q̃s poſsit facere cõdi. abſẽtis, & igno.
meliorem

meliorem quam legem prius ad hoc propoſitū allegaue rat Feli.& alii in locis præalleg.eandē opinionem tenuit Dec.met.in.c at ſi clerici in principio in.xj.col. de iudic. vbi reſpon.ad §.alteri,& ad.c.quãq; vt per eū qđ eſt dili genter notandum:quia opinio Imol.ꝑ præfatos appro bata ſeruaretur in practica.

72 Secundo limitatur prædicta cōcl̄o * per Bar. in renun ciatione facta in iudicio, vt hic per eum, cum quo trāſeūt cōiter ſcribētes ꝗuis iuribus allegātibus per Bar.reſpōde ri poſſit, vt hic per Moder. taurin.col x Rip.v.& Deci. prius col penul ſed pro defenſione pręſentis limitationis eā intelligi dicatis,qn̄ renunciatio facta eſſet in forma iu dicij,& iudice,uti perſona publica,ꝓ pte acceptante: tūc .n iudex partis perſonā repreſentat alias ſecus eēt, ut hic per Aret.col ij.Rimin.iij Iaſ.v.Aquenſ.iiij.& Deci.in.d. c.at ſi clerici in principio in.xii.col.& ſic uicem obtinet pa cti per quod ius de futuro tollił.Nō obſtat ꝙ renūciatio ſit ſimplex abdicatio,ꝙ ſi de futuro ſit adhuc non com petit.d.§ ſi ſub conditione ergo,&c. ut dicūt Deci.Taur. & Ripa Quia reſpō.ut dixi.ſ. in prima limitatione in uer ſicul ſed non eſt recedendum,& ex ibi dictis apparet,qđ ſi uerba eſſent expreſſe relata ad præſens ſecus foret.

73 Tertio limitał in renunciatione iurata ✠ quia obligatio acquirił deo,qui uice partis recipere cenſetur, vt hic per Iaſ.col v.Aquenſ.iii Moder.taur.x.& Feli in.d.c ſi cau tio col.viij.Deci tamen hic col.pen & Curt vii dubitant quia renuncians ius quod habet,de pręſenti ſolum abdi care uideł,& iuramentū non extendit uires promiſſionis ultra cōſenſum Ripa hic col.v.a cōmuni dicit non eſſe re cedendum ſed non reſpondet ad dictā rōnem in oppoſi tum factam.Ideo dicendum eſt ut ſupra in prima limita tione concluſimus.pars enim hoc caſu renunciationē ac ceptare cenſetur,& ſic uice pacti fungitur, quod ergo in pacto dictū fuit,id etiā in renunciatione dicendum eſt.

Quarto limitatur in geminata renunciatione propter

75 uirtutem geminationis ✠ iuxta.l baliſta cum not.ad Tre bel.& l.pen ſ.eo.Iaſ hic col.v.dubitat,ſed non eſt dubi tandum quia limitatio non eſt vera nec procedit ut hic ꝑ Aquen.col iii.Deci.pen.Cur.iij.Moder.taur.xj.& Ripā. v.faciūt quæ pulchre ſcribit Soci.in.l legē col.iij.ſ.eo. qđ ex duplici,& geminato pacto nudo nō oritur actio, quē admodū nec ex uno,quia deficiunt ſubſtantialia,Ideo ge minatio nihil operał.Poſſent dari nōnullæ aliæ limitatio nes ad cōclu.ſed ad dicta ꝑ Aquē.& alios hic me remitto.

76 Poſtremo notatu dignū eſt ✠ ꝙ in ulti. colū.hic ſcribit Aret ꝙ aliqn̄ quis renunciat ad finem ut alteri acquirał, & tunc requirił partis præſentia uere uel ficte, aliquādo renunciat ut ſe excludat,& tunc non requiritur pręſentia partis:quia non agitur de illi acquirendo,ut hic per eum.

77 Circa tertium membrum diſtinctionis Bar. ✠ elegāter concludit ꝙ ius de futuro,quod re nec ſpe conſiderabili competit non tollitur pacto uel renunciatione quādo ad præſens tempus referunł uerba,aliud in pacto: cuius uer ba reſpiciunt futurum,& cauſam de futuro.& cum Bar. tranſeunt ſcribētes.Sed aduertas in primis ꝙ lex.nec nos. &.§.quod ait prætor male uidentur in ꝓpoſitu per Bart. alleg ut hic per Ripā col.penul.ꝗuis defendendo Bar.re ſponderi poſſit:ut circa interpretationem prædictorum iurium diximus ſupra in principio glo. attamen conclu ſio Bar.in primo mēbro poſita uerīſſima eſt: quia inten tio paciſcentis uel renunciātis reſpectu præſentis non ha bet ſe ad futurum,ergo diſpoſitio non operabił reſpectu futuri lege non omnis.ff.ſi cert.pet.& ſic non deficit po teſtas.ſed uoluntas quæ cum poteſtate eſt neceſſaria ad le gitimandum actus humanos.c.cum ſuper abbatia,& ibi in xiiij.notabili ſignat Deci.de offic.deleg.

78 Secundo principaliter uult Bar. * ꝙ quando uerba pa cti in futurum porriguntur,ut quia fiat pactum uel pro miſſione non petendo in futurum,etiam ex cauſa de futu ro ſeu per ſimilia uerba,tunc ſubſiſteret pactū,& tollere tur ius de futuro cū qua concluſione trāſeunt cōiter ſcri bentes ut hic in xiij.col.dicunt.Moder.Taur.& alii & ſe cundum deci.infra in ultima col.concluſio clara uideł,fa cit pręalle capitulū cum ſuꝑ abba ut ſupra allegauimus.

Et diligenter notandum eſt Bart hic uelle ꝙ licet uer ba renunciationis futurum tempus reſpicerēt, tamen nō tolleretur ius de futuro ſicuti tollitur per pactum. quod intellige niſi renunciatio fieret parte pręſente, & acceptan te expreſſe,aut tacite,quia tūc renūciatio, ut in principio gl.dixi uice pacti fungereł. Aduerte rurſus ꝙ licet in lege nec nos per Bartol allegata nō competeret ius re nec ſpe ut infra in ultima col.declarat Aquenſ.& late ſupra dixi mus male tamen loquitur Bartol. uolens quod ſi uerba conuentionis,et pacti in caſu illius legis in futurum porri gerentur ſubſiſteret pactum:quia imo non ualeret, ſicu ti nec ſuper hæreditate uiuentis, lege final. infra eodem: ut hic poſt Bal ſum uolunt Curt. & Ripa columna ſe ptima, & Modernio.taurin. xv. & de illo textu plura ſcripſimus ſupra, iuri ergo futuræ ſucceſſionis renun ciari non poteſt,nec illud per pactum tolli. lege pactum quod dotali, & lege fina infra eodem, niſi pactum fuiſ ſet iuramento firmatum capitulo quamuis de pactis in ſexto ſecundum Paulum de caſtro,infra in penultima co lum.quod intelligitur quando renunciatio cum iuramen to fit illi de cuius ſucceſſione tractatur,ut in caſu illius:ſe cus quando fieret alteri: ut ſi ſoror fratribus promittat de non ſuccedendo, vel petendo bona aut hæreditatem parentum ſuorum adhuc viuentium, & iuret. nam ſi parentes pacto non conſenſerint, non obſtante iura ta promiſſione poterit ſoror aut filia parentibus ſucce dere, ut pulchre per Aretinum in lege qui ſuperſtitis, columna quarta ff de acquiren.hæredi. & dixi late in.l. fina infra eodem.

Vult etiam hic notanter Bartol. ✠ quod ius competi 79 turum ex noua cauſa non dicatur competere ſpe, quum id ſperare dicamur,quod ex cauſa de præſenti ſperamus lege ſecunda.ff de ſtatu lib alioqui ſomnium eſt uel phan taſia ſecundū Modernio mediolan.hic & Ripam colum. penult & plura quæ in ſequenti concluſione tradunt leſi ben.adduci poſſunt.

Poſtremo colligitur ex dictis Bartol. ✠ quod renun 80 cians omni iuri qđ ſibi cōpeteret,uel pertineret etiam ex cauſa de futuro intelligitur quando illud tale ius de fu turo cauſam habet, & fundamentum de præſenti, non autem ex cauſa de futuro,ideo non intelligitur renūciare iuri acquirendi ſi cauſa,de nouo ſuperueniat niſi id ex preſſe dictum fuerit. Cum hac concluſione Barto. tran ſeunt communiter ſcribentes hic, & in locis infra allega: concluſio tamen dubitabilis uidebatur: quia uniuerſalis poſitio uel oratio omnia includit, quæ non reperiuntur excluſa,lege ſi chorus in principio.ff de legat tertio.Item quia imputatur ita effuſo ſermone utenti, lege final. ad finem,infra de dotis promiſſ. ego per dicta prægnantia verba ius omne de futuro ex quacunque cauſa proue niat includi videbatur,ſed reſpondeo. quod iſtæ reuoca tiones ſunt ſtricti iuris ſtrictęque intelligendæ lege ſi do mus de ſer.urb.prædic.lege cum de indebito in princi pio.ff.de probat.& ideo in generali renunciatione non ueniunt niſi iura aperta,& non illa quæ certam conſiſten tiam non habēt,quia non dicuntur proprie iura, ut poſt Bal tradit Alex in lege ꝗ Romæ in.§. duo fratres col.xii. ff.de uerbo.obliga.Nec de illis cenſetur cogitatum, ut di cunt ibi docto. propterea nimirum ſi non includuntur pro quibus allego optimū tex.in lege ſi hoīem,ubi Bar. not.ff.mand.& in capitulo.ij.cum glo.de renun. ✠ Sic ꝓ 81 cedit dicta concluſio Bart.etiam quando quis renunciat omni iuri quod habere poteſt uel poſſet,ſeu ſperat,etiam cum iuramento:quia intelligitur quando ius illud funda tum eſt ex cauſa de pręſenti,ſecus ſi ex noua cauſa ſuper ueniat,dicto.cap.ii.cum not.&.lege qui cum tutoribus.

ff de tranſactionibus, & lege ſi poſt emancipationem in .§. primo cū ibi notatis p Bartol ff de liberis legat. & iſta doctrina eſt a ſcribentibus cōiter approbata ſecundū Alexandrum in dicto § duo fratres, cart. vlt Iaſ. hic col. fi. & in l. quod ſeruus col. fina. ff. de condi. ob cauſam & in d. l. ſi cum tutoribus col. fi. Felinus in c. ſi diligenti colū. ult. in. x. limitatione de fo. compe Ripam hic col penul. & in .d. §. duo fratres in. vi qōne Bar vbi etiam alii ſcriben. & Curt iunior plura etiam congerit in conſilio c j.

82 Ex quibus infertur ad deciſionē multarum qōnum ꝙ ſcholaris iurans nō ſumere alibi gradū, q̄ꝫ in loco licentiæ id facere non ꝓhibetur virtute noui examinis in alio loco ſubeundi, ſed iuramentū intelligitur ex cauſa de pręterito, ſiue prætextu examinis facti. Rurſus ꝙ promiſsio de non offendendo ſub pœna intelligiť ex cauſa de præſenti nō ſi noua ſuperueniat inimicitia. Itē ꝙ agenti ex noua cauſa non obſtat exceptio: quia de euictione tenet actio &c. Et renunciatio beneficii etiam iurata non trahitur ad ius & cauſam quæ de nouo ſuperueniunt, ut hic per Moder. papien. & mediol. & per ſcriben. in. d § duo fratres ſexta qōne Bartol. item ſi filia dum dotatur patrimonio renunciet modo prædicto, non prohibetur ſuccedere patri illam poſtmodum forte inſtituenti, quia eſt: noua cauſa, quæ tunc non ſperabatur, ut plene per Feli loco pręalle. aliam ēt notabi. deciſionē ponūt Barto Iaſ. & alii in. d. l. qui cū tutoribus. aliam in l. i. in §. veteres ff de acquir. poſ de quibus etiā per Cur. iuniorem in conſi c j. & per prędicta dicimus male cōſuluiſſe Alex. lib. quinto conſi. quod ille qui facit pactum de non petendo uel renunciat in manibus fratris, oī iuri qđ habet vel hr̄e pōt, & ſperat in feudo paterno excluſus ſit a iure ſucceſſionis feudi prædicti; quum verba ſint in futurum extēſiua, qa non trahitur renunciatio ad cauſam, & ius quæ de nouo ſuperueniunt, vt dictum eſt, & ita conſuluit ſubtiliratum princeps Are. in conſi. iij. & vii. ſequitur Iacob. de ſancto geor. in feudo inueſti. in uerbo & vnus ex dictis uaſallis refutauit feudum colū ii. & alia etiam ratione mouentur quem prædicta renunciatio feudi non tenuit niſi in manibus domini facta fuiſſet, vt ibi per eos.

83 Limitatur prædicta concluſio Bar. & doctorum ꝙ vt non procedat qn̄ expreſſe dictum fuit in pacto uel renunciatione etiā ex cauſa, & iure de nouo ſuperueniente, ſm Bart hic communiter a doctoribus approbatū ut infra per Deci in vlt col. Iaſ. in. l quia cum tutoribus ad fi. et ceſſat hercle hoc caſu ratio qua mouentur cōmuniter doct. in prædictis locis ad tenendum concluſionem prædictā quia de tali iure ex noua cauſa ſuperueniente nō cenſetur conſideratum, nec opus eſt cōiecturis in claris. l cōtinuus §. cum ita ff. de uerb. oblig item quia ius ſuum remittentibus non datur regreſſus. l. penul. infra co. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edic.

84 Secundo limitatur prædicta cōcluſio ꝙ quando ius aliquod de præſenti non competebat ut uerba aliquid operenť iuxta. l. ſi quando & ibi notata. ff. de lega primo, cū uulg. tunc ius futurū ēt ex noua cauſa ſuperueniens comprehēdit Deci. hic col. ult. ſed eſt cōtra conclu Bart exp̄ſſe approbatam cōmuniter loquitur enim quando ius non competebat, tamen vult ꝙ ius ex cauſa de futuro non cōprehendatur niſi expreſſe dictum fuerit. Non obſtat qđ uerba intelligenda ſint ut aliquid operentur, quia non procedit iſtud in contractibus qui ſtricte intelligi debent maxime ad præſumendū aliquid præiudiciale, qđ uteriſſimiliter non cadit in mentē patris, ut per Fel. in. c. ſolitæ. col. iii. de maior. & obed. ſed ius iſtud ex noua cauſa ſuperueniens veriſimiliter nō fuit cōſideratū, ut per doct. in locis præallegat. ergo &c pactum igitur & renunciatio intelligetur de omni iure in futurum competituro ex cauſa de præſenti ſi adſit, non autem ex alia cauſa non cōſiderata:

85 facit, quia potius tolleratur ꝙ verba ſint ſuperflua ꝙ q̄ quod quis indebite dānum patiatur. c. cauſam quæ cum ibi no. de reſcript. tradit Alex. in cōſi. cxlii. col ii. lib. v. & Iaſ. in. l ſi in. § in computatione col fi. ȷ. de iure deliberādi.

In eadē glo. ibi ex cauſa fideicommiſſi nō peteret ꝙ uoluit pulchre gl. ꝙ licet pactum de futura ſucceſſione uiuentis non ſubſiſtat. l. fi. ȷ. eo pactum tamen de remiſſione fideicō. ualidū ſit, ut hac lege: q̄a nō tractatur de hereditate uiuētis, ſed de ſucceſſiōe mortui, ut hic per Bar. & alios. 86
Ita vt ꝓpea poſſit quis licite uēdere bona quę ſibi debenť ex cauſa fideicommiſſi poſt mortem alicuius. De illiſq; diſponere citra incurſum pœnę de qua in. l quidā in § fi. ff. de dona & poſt Cōmenſ. & Fulg. hic ſcribunt Iaſ. Lanc. Dec. Aquen. & alii moder. in ultimis colum. ꝙ ius uero ſubſtitutionis pupillaris nec uēdi nec remitti pōt ut hic 87
p Taur. col. v. cū ſequenti, & Ripā col pe. ſed ſunt oia dicta Bar. & aliorū in d. § duo fratres in. iij. quæſtio. principali ideo uide Alex. col. antepen. Iaſ. & cæteros in. d vii. qōne Bar. cum his quæ ego ſcripſi in. l. fi. ȷ. eo. ubi reſpondi quibuſdam motiuis Moder. taur. in oppo. factis qui in. v. col. dicunt contra hanc glo ꝙ non obſtante huiuſce modi pacto remiſſiuo fideicommiſſi remittēs ac paciſcēs ab inteſtato ſuccedere poterit in aliis bonis, item & in bonis fideicommiſſo ſubiectis modo ſub alio clypeo & prætextu lḡ ſub ratione remiſſi fideicommiſſi gradiatur, ut hic per eos, ſed inique glo. perſtringunt, quæ hoc non negat ſi contingat bona illa uel hæreditatē ab inteſtato poſtea deferri: imo id innuit in illis uerbis ex cauſa fideicommiſſi. ergo ex alia non negat aliud eſſe.

In ea. glo. ibi contra uoluntatē defuncti, & ſic cōtra l. declarate, ut hic no. per Bar. & Rimi. in. v. col. Alexā ī §. diui col prima ubi etiam alii. & Aret. in conſi. lvii. col. v. dum limitat. d §. diſponat.

In ea. glo. ibi nōne eſt hic tranſactio utrum conuentio de qua in lege noſtra, ſit pactū uel tranſactio diſputabilis 88
eſt articulus ꝙ gl hic tenet ꝙ non fuerit proprie tranſactio ſed pactio uel pactum. Quæ opinio pro bari primo pōt: quia lex intelligi debet ut congruat tit. ſub quo poſita eſt. l. Imperatores. ff. de in diem adiect. §. in quibus in prima conſtitutione. C. & l. fi. in principio cum notatis per Bar. ff. de condi. inde Soci. in. c ij. col prima de lib. obla. diſponēda enim ſuis locis ſunt ſingula ut inquit pbs, ſed lex iſta poſita eſt ſub titulo de pactis. & in principio tituli, ideo intelligi datur quod loquitur de pacto non de trāſactione, alias poſita fuiſſet in ſequēti tit. prout lex de fideicom. Sc̄do quia tranſactio eſt de lite incerta. l prima. ff. eo, hic non erat lis, nec uteriſimiliter dubitabatur quum de fideicommiſſo clare conſtaret. Tertio quia per ſequentia declarantur præcedentia, iuribus uulga. & leges ſequentes cōmuniter tractant de pacto in gn̄e, nō de trāſactiōe. Quarto quia de trāſactione eſt factus ſpecialis titulus, qui incōtinenti ſubijcitur ſi Imperator de tranſa. tractare uoluiſſet legem hanc ſub illo titul poſuiſſet. Quinto per tex. quem ad hoc citat hic Bal i. d. § duo fratres, ubi tale pactum remiſſionis fideicommiſſi dicitur quaſi tranſactio, & ſic improprie, quum dicto illa quaſi ſit improprietatis nota. l. oſſa ff de reli & ſumpt. fun in ſexto per uerba legis noſtræ ibi pactum de ſextante ſic ꝙ loquitur proprie in pacto eo maxime quod uerba potius in ſpecie, q̄ in genere capienda ſunt l hoc legatum vbi Bart no. de leg iij. & cōſequenter lex iſta potius intelligenda eſt de pacto in ſpecie q̄ aliter. & hāc opinionem gl. ſecuti ſunt Bal. & Alex. hic & Rimini. ad finem. v col.

Contrariam ſententiam ꝙ imo loquatur in tranſactione tenēt hic Bart. & Lanc Dec. Cur. et Ripa. col. pe. & fi. gloſ & Pau. de caſt. in l. prima ff. de tranſactioni. & Bald. prout ibi in tertia colum. Iaſ refert dum uult quod lex de fideicommiſſo ſequentis tituli proprie loquatur de tranſactione & tamen de remiſſione fideicommiſſi prout lex noſtra tractat: ergo utrobiq; tranſactio & probať opinio iſta primo a coniunctione duarū legum, quod argumentum ualidum eſt in iure, dicta lege gallus .§. ille caſus

coniungendo legē hanc cum dicta lege de fideicom. vbi remiſſio iſta fideicommiſſi tranſactio appellatur, & ſub titulo de tranſactione ponitur vt locus conueniat locato ergo proprie tranſactio dici pōt. Secundo probatur p eundem textum ibi cōuentionem finitam quod uerbum generale eſt comprehendens etiam tranſactionem.l.i.§.conuentionis ff.eo.ergo loquitur de tranſac quæ ſub uerbo conuentionis proprie comprehenditur.

Et tenendo hanc ptē ad adducta in oppoſitū pōt facilliter reſponderi non obſtat primū monuum quia quum trāſactio ſit ſpēs pacti ut p glo. & docto in rub. & l.i infra titulo ꝓximo, & dixi ſupra in eadem rubr. ſicq; generalis ſit hic titulus etiam ad tranſactionem non fuit ſub eo male poſita hæc lex, de tranſactione loquens tanquā species ſub genere, & ſic optime facit ad titulum, Ad ſcdm reſpondeo ꝙ ſic erat res dubia propter conditionis incerſum, & in principio legis dicitur, & ſufficit rem dubiam eſſe, aliter q̄ per litem, prout ſit tranſactio d.l. de fideicommiſſo, & l. de alimentis infratit primo, Lan decl hic in penult.col. & prius Bald.in l.prima.ff. de tranſa. Ad tertium reſpondeo ꝙ nō cōcludit de neceſſitate, prout debet l.nō hoc infra. unde cog. ſtant enim ſimul ꝙ leges ſequentes non loquantur proprie de tranſactione, ſed bene iſta, & ꝙ hic fuerit apprime poſita tanq̄ ſpecies ſub genere. uel aliter ꝙ multæ aliæ leges ex ſequentibus potius de trāſac. q̄ de pacto gratuito, & remiſſiuo loquantur, ut patet ex l poſt q̄ lit. & l. ſi paciſcenda infra eo. Ad quartum patet ſolutio ex prædictis, quia trāſactio eſt ſpecies pacti, ideo nō inconuenit legem hanc fuiſſe hic poſitā, quum tā huic titulo quā ſequenti, de tranſaction. conueniat Ad.§ duo fratres quinto loco in oppoſitum allegatum, & ponderatū in dictione quaſi, dic quod eſt veritatis expreſſiua ꝓut in.l. ſi id quod in.§.fina cum ibi nota. Per Alex.ff. de acquiren. poſſeſſ. & ꝙ veritatem exprimat ex prædicta lege de fideicommiſſo apparet Ad ſextum & ultimum reſpō deo, retorquēdo argumentum in contrarium, ꝙ hic nō fuit pactum in ſpecie quia non fuit gratuitum prout eſt de natura pacti in ſpecie. l.prima cum gloſ. prima infra titulo proximo, & dixi in rubri ſed facta fuit cōuentio iſta dato ſextante hæreditatis, ita quod magis accedit naturæ tranſactionis, quæ ut in rubri. dixi eſt ſpecies pacti, ideo uerba intelliguntur in ſpecie potius q̄ in genere.

Aduertendum eſt tamen diligēter, quia ut arbitror in l. noſtra non fuit pactū nec tranſactio proprie & ſpecifice loquendo pactum minime, quia non fuit gratuitum qđ eſt peculiare & ſubſtātiale pacti in ſpecie ſumpti. l.prima. ff. de tranſactio. uoluit hic Azo in ſumma, diximusq; in rubri. nec etiā tranſactio, quia de illius natura & eſſentia eſt ꝙ fiat de lite incerta. d.l.prima, & non ſufficit aliūde q̄ ex lite eſſe dubium ad hoc, ut proprie trāſactio. dicat̄. d.l. i. ſecundū communiter ſcribentes, ut hic per Iaſ.in.v.not. ſed hic nulla erat lis ergo.

98 Poſſumus dicere, ut de exceptio. anomala ꝙ dixit gl. in l. exceptio quod iſtud ſit quoddam pactum anomalū habens mixturam pacti & tranſactionis non enim accedit naturæ pacti ſpecifici ex quo nō eſt gratuitum, nec ſequitur naturam tranſactionis proprie quum non fuerit de lite incerta, capit tñ a pacto, quia eſt conſenſus duorum, ut pactum, capit a tranſactione, quia dato ſextante hæreditatis interceſſit iuxta naturā trāſactionis. l tranſactio nullo. infra uiu primo. Item propter conditionis incertū ſup re dubia iuxta. d l. primam. ff de trāſactio. Et ideo hęc lex fuit hic recte poſita ſub titulo generali, de pac tractante, ut dixi de pactis, & conuen. in genere, & ſimiliter hic poni potuiſſet lex de fideicommiſſo præſuppoſito, ꝙ in caſu illius legis nulla eſſet lis, uertente autem lite ſup dicto fideicommiſſo melius ibi ſtaret quā hic, & ſic lis deſup non erat, non fuit etiam male ibi poſita, quia ſalt̄ improprie eſt tranſactio, quū ſuper re dubia pp condōnis incertum, et aliquo dato remiſſiōe videlicet fideicō. mutua quo caſu large dicit̄ tranſactio, vt p Iaſ.in d.l.i.in.v.no. de tranſac. ita ꝙ facit ad titu & cōſideratis diuerſis reſpectibus vna eademq; lex ſub diuerſis tit. recte ponit̄, vt per Feli in prohem. rex pacificus, col.fi.

In ea gl. ibi an poſſet. gl hic ſubtilis & notab. reputat̄. illā declara vt hic p Sali. Pau de ca. et Alex. & oēs Moder. motiuo aūt l. an. Dec. hic cōtra glo. rñderi poteſt, vt hic per Aquenſ. vel aliter, vt per Decium & alios moder.

In ea gloſ. ibi an cautio mutiana gloſ. in hac pte famoſa eſt & cōiter approbata ꝙ cautio mutiana in contractibus locum non habeat, Deci. hic, & Moder. Taur. in antepenul col. oppoſitum tenent, & fuerūt dicta. Salic. hic in vlti. col. q etiā rñdet, ſed pleniꝰ Soci. in l. mutiana. ff. de cōditio & demū Ripa. in. l ita ſtipulatꝰ. ff de ver. obl et oēs i. l ſiue apud acta infra tit i in qbus locis ordinarie, & plenius hæc materia cautionis Mutianæ tractatur, & aliqd p Roma in ſingula ſol. xxxiiij col iiij. 60

In fi. glo. iura ꝓ concordantibus allega (vt Iaſ. inquit) parū conuenire videntur, tñ. l. ſi ſocius induci pōt, vt hic per Iaſ ad fi cōment l. in diem in fi. ſic venit, qa voluntas illius ad quē ius aquæ tranſeuntis per fundū ſuū recidere poterat exigitur in ceſſione aquæ, quēadmodum, hic per pactū remittit̄ ius condōnalis fideicom. In l. ſi in perſona ponitur ſimilis caſus inſtitutionis, & ſubſtitutionis, prout hic in aliis duobus concordantibus auxilium appellationis in futurum competiturum pacto tolli poteſt, & ſic facit ad materiam noſtræ legis.

SVMMARIVM.

Diſpoſitio facta tempore habili quando cōfert effectum in tēpus inhabile non ſubſiſtit, quia cenſetur facta tempore inhabili, ſecus quādo eſt facta tempore inhabili, & collata in tēpus habile. 3 cum ſeq & ibidē quū intelligatur lex. in tempus. ff de hæred inſtituendis.

Quinquaginta deciſ. Iuſtin. ſingul. quę ſint oſtenditur numero. 5. cum ſequenti.

Principem in dubiis quæſtionibus eſſe conſulendū, & illud vulgatum, ꝙ cēſeatur omnia iura in ſcrinio pectoris habere quomodo intel num. 18. cum ſeq.

Papa eo ipſo quod eſt papa dicitur iuris vtriuſq; doctor. numero. 20

Iudices an & quando principem poſſint in cauſis conſulere, numero. 21. cum ſequen.

Princeps ſecularis, & papa an poſſint ardua explicare, & facere ſine conſilio ſiue conſenſu procerum, & Gardinalium, numero. 23

Plures verificantur regulariter in duobus, nu. 24.

Spem an habeat conſang in ſucceſſione conſanguinei, & qualis ſpes dicatur, numero vigeſimoquinto & . 28. cū ſequenti.

Pactum ſeu conuentio ſup hæreditate viuentis obuētura certo modo diuidenda non valet, & Curt. numero 27. cum ſequen.

Actus humani concurrentibus uoluntate & potētia perficiuntur, numero. 30

Hominem mori poſſe cōſiderare in ciuile non eſt, nu. 32

Subſtitutio pupillaris cenſetur diſpoſitio pupilli, nu. 33

Pactum de quo ſupra an firmetur iuramento nu. 34.

Pendēs quod poteſt ſe habere ad prohibitum, & ad permiſſum, ſtat. vt ad prohibitum, nu. 36.

Beneficium clerici vagabundi, an alteri conferri poſſit, numero. 39

Conuentio de bonis fideicom. ſubiectis, an et quomodo ualeat, nu. 40.

Regula principalis huiuſce legis quod pactum de hæreditate uiuentis certo modo diuidenda non valeat, cū ampliationibus, & limitatio ponitur, & excutitur, numero. 18. 34. & . 44 cum ſequen.

Confiſcatio hæreditatis fit quãdo cõuentio de hæredita. viuentis fuit ſuper vna re tantum.41.&.103

Filius viuente patre an poſſit liberare debitores paternos numero 44.cum ſequen. et nume.106.vbi an pœnam aliquam incurrat.

Pactum de quo ſupra valet ad damnum paciſcẽtium, numero.48

Emphiteota nulliter alienans an cadat,a iure ſuo, numero.51

Pactum de hæreditate hominis incerti an & qñ valeat, numero.52.cum ſequen.

Text.§.de illo.l iii ff pro ſocio declaratur, numero.52. cum ſequenti.

Incertitudo perſonæ aliquando viciat,quandoq; ſuſtinet actum,numero.53.cum ſequen.

Procuratorem debere eẽ certum quomodo intelligatur, numero.54

Expectatiua ad præbendã certi hominis non vacantem an dari poſſit, etiam per ſummum põtificem, numero 56.&.128.cum ſequen.Et data ad vacaturam,an comprehendat vacantem,numero.131.& quid de officiis ſecularibus,nume 66.

Genus quandoque habetur loco ſpeciei,nu.69

Vaſalli inuiti an & quando a principe alienari poſſint,numero.66.cum ſequen.

Pactum de quo in hac lege valet conſentiente eo de cuius hæreditate agitur, late nu.64.cum ſequẽti. & numero. 83.& uſquequo poſſit dictus conſenſus reuocari, numero.87.cũ ſeq.& nume.135.& an alter paciſcentium altero inuito poſſit a pacto recedere,& quid ſi partem hæreditatis duntaxat concernat,nume.91.

Conſenſus alicuius in aliquo actu requiſitus ſuperueniẽs an & quando actum cõualidet,nu.66.

Conſenſus eius de cuius hæreditate agitur de quo in hac l.an requirat pręſentiam quinque teſtium,& quo modo ſortiatur naturam ultimæ uoluntatis, numero.68. cum ſequen.

Beneficium clerici uiuentis impetrans an ſemper puniatur,numero.75.

teſtamento poſſit capere per prædicta, & accumulata per
Moder. aſten. in tract. exclu. fœmi. ſtantibus agnat. in. viij.
quæſtione. viij articuli, vbi ponunt poſt alios quod ſtatu
tum excludens filias propter maſculos a ſucceſſione nõ in
telligitur excludere ex teſtamento, & in terminis dicti ſta
tuti q mulier priuata non intelligatur facultate teſtandi et
inſtituendi maritum aut alium hæredem, voluit idẽ Bru.
aſten. in iij. volu. de conſi. decre. & ſtatu. in verbo lucrum
col. x. verſi. ſtatutum q vir, vbi quædam allegat ad ba
ſtam tamen vt ita dicã. Sed maius eſt dubium quando
maritus cum iuramento, vt communiter fit, promiſit re
ſtitutionẽ dotis ad formam ſtatuti, qui inſtitutus ab vxore
lucretur totam dotẽ pœnitusq ac in totum excludat pro
ximiores vxoris etiam ab illa dimidia parte p ſtatutum ſi
100 bi aſſignata. Vidi per celeberrimos iuriſconſul. diuerſi
mode reſponſum, & vario modo etiam obtentum intel
lexi. Quidam enim dicebant q ſic in fauorem mariti re
ſpondentes, quia talia ſtatuta intelligi debent muliere de
cedente inteſtata, ſecus ſi condiderit teſtamentum, ne tol
lat aut reſtringatur libertas teſtandi cõtra. l. ſtipulatio hoc
mõ concep ff. de verb. oblig. l. ſi fratres §. item reſpondi.
ff pro ſoc. & dicta atq accumulata per Brunũ in præall.
locis, & p Iaſ in conſi. cxxvii. lib. j. nec obſt quod maritus
cum iuramento promiſerit vxori dotis reſtitutionem ad
formam ſtatuti ſtipulante patre, fratribus vel agnatis, aut
notario p eis, quia talis pmiſſio intelligitur ſm diſpoſi
tionem ſtatuti, & conſequenter ab inteſtato non ex teſta
mento, vt dictum eſt. Quibus non obſtantibus in termi
nis ſtatuti de quo ſupra & prædictæ qõnis oppoſitũ ve
rius vr, quod propter diſpoſitionem ſtatuti, & conuen
tionẽ prædictã impediatur vxor de illa alia dimidia par
te teſtari, & diſponere in fauorem mariti. aut alterius pſo
næ, Brunus n in præalle verſic. incipien. ſtatutum q vir
lucretur allegat ad hoc deciſionem Sali. quæ non reperi
tur in rerum natura. Verum tu vide in indiuiduo deciſio
nem Pau. de caſt in l. ſi cum dotem, columna. ij. ff ſoluto
matrim. vbi dicit ſe conſuluiſſe q mulier poteſt teſtari de
dote, quando ſtatutum dicit q liberi vel agnati ſuccedant
in dote, vel in partem dotis, debet enim ſtatutum intelligi
iure hæreditario ex teſtamento, ſi inſtituanr, vel ab inte
ſtato, ſi mulier non fecerit teſtamentum. non autem con
tra voluntatem ipſius mulieris, quia ſatis habuit ſtatutũ
eã grauare dictis duobus caſibus non aũt teſtamẽti factio
nẽ aufert. & hoc poteſt importare verbũ ſuccedant, ſecus
ait ſi ſtatutum diceret q liberi aut agnati lucrentur. vel ha
beant dotem quia intelligeretur etiam contra voluntatẽ
mulieris, & dicit cõſiliũ illud fuiſſe tunc ſubſcriptũ & ap
probatũ a doctoribus exiſtẽtibus Paduæ, Bononiæ, Se
nis, & Peruſij, ſequir Raph. cõmen. conſulendo, & Iaſ in
cõſi. cxxvij. col. ij. libr. primo, & ſic in caſu ſtatuti Vercel
larũ, ſupra relati cũ loquatur per verbum habeant & ha
bere debeant dimidiam partem dotis, nõ poterit mulier
de ea parte dotis in præiudicium eorũ, quibus per ſtatu
tum prouiſum eſt, teſtari ius enim mihi quæſitum ex di
ſpoſitione legis vel ſtatuti non poteſt p te mihi auferri. l.
ſi conſtante. C. de dona. ante nup. cum not. per Bal. & tra
dit Areti. in cõſi. lxxiiij. diligenter, col. penul. facit quia de
natura ſtatutorum eſt ligare ſubditos ad obſeruantiã, ca
pitulo vt animarum de conſtitutio. li. vj. & l. cunctos po
pulos, cum materia. C. de ſumma trinita. cum aliis de qui
bus per Alex. in conſi. cj colum prima lib. iij. Socin. conſi
lio ſeptuageſimonono, columna ij. libro quarto, & Iaſon
in conſilio octuageſimo, columna penultima, volum. iij.
nec per hoc tollitur libera teſtandi facultas ipſi mulieri, vt
infra dicetur.

Quando autẽ ex ſpeciali cõuentione vel pacto dos vel
dimidia pars dotis alteri in certis caſibus eſſet pmiſſa, aut
debita, q mulier non poſſit propter talem conuentionẽ
vel pactum de dicta dote, vel parte dotis teſtari inſtituen
do maritum vel aliũ in ea, voluit in terminis Aquen. in d.
lege poſt dotem, colum. quinta, verſi. ſed cogitabam, &.
Bal in lege pro hæreditariis, columna ſecunda, verſicul.
& ad euidentiam eſt ſciendum. C. de hæredit actio. vbi di
cit q ex quo eſt ad alium applicata ex vi contractus mu
lier non poteſt de ea teſtari. l. cum maritus. §. final. ff de pa
ctis dotal & lege ſi ante. C de dona ante nupt cum aliis
nota. per Aretin. in conſilio quadrageſimoprimo, colũ
na ſecunda. & conſi. lij. col. j. & lxxiij. col. pe. oia incipiũt
diligenter Iaſ in l. qui romæ § flauius, col. viij ff. de verb.
oblig. & in l. quæ dotis, col. vj vbi Aquen in. ff ſol. matr.
in quibus locis cõcludunt docto. qd ille qui capit ex con
tractu non põt p vltimã voluntatẽ grauari p iura præall.
Multofortius igit qñ de hoc p ſtatutũ cautum eſſet, & vl
tra obſeruationem ſtatuti maritus promiſiſſet cum iura
mento dotẽ reſtituere ad formã ſtatuti, & iniquum ac in
cõueniens vr quod fratres vel agnati mulieri, quibus ex
ſtatuto, aut ſtipulatione ppria vel notarij ius quæſitũ eſt
ad dotẽ vel partẽ dotis mulieris ſine liberi. deceden. poſſit
eo iure priuari p teſtm aut aliã vxoris diſpoſitionem con
tra cõmunes & vulgatas iuris regulas & concluſiones. de
quibus in lege ſi ff. de pactis, & in lege id quod noſtrũ ff.
de reg. iur. & in l. ſi vnus in. §. ante omnia. ff. de pact. cum
aliis palle. Nec adducta in oppoſitũ in his terminis loquũ
tur qñ ex prouiſione ſtatutaria aut ex ſtipulatione ppria
vel notarij ius alicui ad dotẽ vel partem dotis quæſitũ eſ
ſet, fatendum enim eſt quod exclusus a ſucceſſione alicu
ius intelligatur ab inteſtato exclusus nõ aũt ex teſtamen
to: ne tollatur vel reſtringatur libertas teſtandi. ſed in ter
minis quæſtionis noſtræ, nec tollitur, nec reſtringitur, quũ
mulier poſſit ad libitum teſtari etiam virum in omnibus
bonis ſuis inſtituendo, vt patet & tradit Iaſ. in præall. cõ
ſil. cxxvij. col. j. ſed ea dotis medietas eueniente caſu mor
tis vxoris abſq liberis nõ eſt i arbitrio, & diſpoſitione ip
ſius mulieris, immo fratribus aut agnatis debita, & con
uentione, & ſtipulatione, vt dixi, vnde nimirum ſi mari
tus ius aliquod in eadem ſibi nequit vendicare, pro quo
facit pulchra deciſio Bar. in cõſi lxxij. incipiente ex facto,
& Iaſ. in dicta lege ſtipulatio hoc mõ, colum. viij. verſi. ij.
ad idem, vbi dicunt valere cõuentionẽ inter fratres quod
nihil ex eorum bonis paternis, & maternis ex quauis di
ſpoſitione vltimæ voluntatis ſeu inter viuos deueniat aut
deuenire valeat ad ipſorum filias natas vel naſcituras, ſed
in liberos maſculos ipſorum tantũ: quia non tollitur libe
ra teſtandi facultas, quum de aliis bonis libere poſſit di
ſponere, & tantum paterna ac materna eo onere ſint gra
uata. & aſtricta.

Quando tamen, ex forma ſtatuti puta mulier dotata a
patre vel matre aut ſtantibus prædictis uel agnatis vſque
in certũ gradum non ſuccedit ſicq excluditur contẽpla
tione dotis actio ſibi conſolidatur, l fin ff. de colla dot. 105
ideo de ea poteſt teſtari, & pro libito: ut de re propria di
ſponere, maritumq aut alium inſtituere non obſtante pa
cto, & ſtipulatione, de qbus ſupra dixi, ita in terminis cõ
ſuluit Bal. in conſi cviij. punctu, libro ſecundo: ubi dicit
hanc eſſe qõnem de apicibus iuris, & in eandem ſententiã
iuit idem Bald. in lege finali columna ſecunda uerſicul. ſed
pone. C. de dotis promiſſ. ubi dicit quod tunc actio con
ſolidatur in filiam, & hæredes patris tenentur illam filiæ
remittere, & ſequuntur communiter Scribẽ. vt per Iaſ. in
d. l. poſt dotẽ. col. xvi. uerſi. ſecundam quæſtionem Bart.
& conſuluit elegãter Deci licet de prædictis nõ faciat mẽ
tionem in cõſi cvi. et ex rationis idẽtitate idem uidetur
concludẽdum quando mulier mediantibus dotibus ſibi 102
cõſtitutis renunciaſſet bonis paternis maternis, & frater
nis, legitimeq & ſupplemento legitimæ ut cõmuniter fa
ciunt: quia ubi quis ſucceſſione priuatur contemplatione
dotis debet dotẽ ipſam ſemper percipere. l. pater filiam. ff.
de collatio. dot. l. ex parte. §. inteſtato. ff. famil. herciſcun. &

in propoſito tradit Iaſ in.d.l.poſt dotem col xvj.verſi. ſe
cundam quæſtionem, Bar.& Deci.in cõ.lix.&.cvi ſi itaq;
mulier quæ ſic renũciauit debet habere dotem præcipuã
cur de ea, vt de re ꝓpria teſtari non poterit? & clarius ad-
huc procederet iſta concluſio quando dos legitimam nõ
tranſcenderet, quia ſi dotem præcipuam non haberet: le-
gitima ſibi deberet, de qua poſſet diſponere, vt ad ſi præ
alle conſi.cviij ſcribit Bal.& eſſet abſurdum ac iniquum
quod mulieres quæ a cõmuniter accidentibus præter do
tes nihil habent in caſu prædicto de ſuis dotibus, ſicq; de
ꝓprio patrimonio ſaltem pro dimidia marito nõ ſpectã
te diſponere nõ poſſent, & ſic p indirectum facultate teſtã
di priuarentur: qđ nemo admitteret. Nec obſta.qđ de
ſtipulatione, & promiſſione reſtituendi dotem ad formã
ſtatuti ſupra dictum eſt, põt enim reſponderi ꝙ intelligi-
tur rebus ſic ſtantibus.l.l.quod ſeruius ff.de condi.ob cau
ſam, & l ſi ff.qui ſatiſd cogan cum ibi not. & ſic muliere
aliter non diſponente de dote cuius debet eſſe domina.

Crederem etiam per prædicta ꝙ vbi mulier propter
dotẽ ſucceſſione non, vt priuaret, vt quia dotata a cõſan-
guineo, amico, vel extraneo, non poſſet diſponere de me
dietate dotis, quã maritus alicui reſtituere promiſiſſet præ
moriente vxore ſine liberis ſtipulante illo qui dotẽ dedit
vel notario in forma i territorio Vercellarũ res de plano
ꝓcederet ꝓpter ſtatutum immediate ſubſequens præall.
ſtatutum ſub rubr de muli.deceden.relic.fili ex plur.viris
in fi.dum vult ꝙ ſi mulier nõ fuerit dotata a patre, fratre,
ſorore, auo.vel proauo paterno, ſed alius de ſuo eam do
tauerit, & ſine liberis deceſſerit, habeant medietatem di-
ctæ dotis, & i ea parte præcedat quaſcũq; pſonas.ſi quaſ
cunq; perſonas debet præcedere in ea dimidia parte, ergo
& inſtitutum ab vxore.& iſtud procedit quando mari-
tus promiſiſſet dotem reſtituere ſimpliciter in omnem ca
ſum, & euentum dotis reſtituendæ vel ad formã ſtatuto-
rum ciuitatis Vercellarũ puta ſi aliter eſſet conuentum ſer
uaretur conuentio. Quando aũt mulier dotata eſſet a pa
tre, fratre, vel auo paterno idem concludẽdum eſſet in eo
quod ius debitæ ſucceſſionis excederet a ceſſante ratione
Bald.& aliorum ſupra relata, & aſſignata.corroboratur,
nã pater põt filiam in dote reſtituenda per fideicom. gra-
uare in eo quod dos excedit debitum bonorũ ſubſidium
& legitimam, non autem quatenus non excederet legiti-
mã l.lucius titius.§ filiã ff.ad trebel.tradit Guido papæ in
qõne ccccc xiij.Pau.de caſt.in con.lxxviij in.ij dubio, &
conſi.cviij cum ſeq.& conſi.ccxxij.in antiquis, Corne.in
conſi.ccxxxix.lib.iij.Pau.& Alex.in.l.a filia.ff.ad trebel.
Iaſ.in conſi xxiij & .xliiij.lib.j.

Aduertendum eſt etiã circa concluſionem factam ſu-
pra in verſi.quando tamẽ ex forma ſtatuti: quia procedit
vbi ſolum eſt conuẽtio vel ſtipulatio de reſtitutione dotis
facienda p maritũ pro medietate dotis vxore prædecedẽ
te ſine liberis, ita ꝓprie loquitur Bal.in præalle.cõſi.cviij.
ſed ſi eſſet etiam aliud ſtatutum continens.& di ponens il
lud idem quod in pacto continetur prout in ſtatuto ciui-
tatis Vercellarum, quemadmodum ſuperius retuli, tunc
eſſet maius dubium, quum ſtatutum potuerit eo mõ di-
105 ſponere vt dixi, immo legitimam minuere. & in totũ tol
lere vt p Alex.in conſi.lv col ij lib.ij Cur.iuniorem in cõ
ſi.x.col.ij & ſequen.& Rochum de curte in repe.c ſi. col.
lxix.de conſuet.& Dec conſi xix.col iij.vbi atteſtatur iſtã
eſſe communẽ opin.Ripa tamen lib.j.Reſpon ca.iij. dubi
tat, & putat hoc non poſſe de facili defendi, & oppoſitũ
inuenio conſuluiſſe Barba.in cõſi.xxiij fol.viij.li.j.& De
ciũ met in cõſi cvi col ij.dicentẽ iſtã eſſe magis cõem opi-
nionẽ de quo etiã vide Brun.in.iij.volu.de conſtitu. ſtat.
& decre.in verb.legitima col.iij.& Bal.nouel in tracta de
dote fol.xiiij.vbi tñ concludunt cum opin.quã dicunt cõ
munẽ ſtatutum poſſe ex cauſa tollere legitimam, ſed non
dotem nec alimenta, quæ ſunt debita iure naturæ, ꝓpte-
rea cõcurrentibus prædictis ſtatutis ſeu altero tenoris &

cõtinentiæ cuius eſt ſtatutũ Vercellarũ ex quo alteri ap-
plicat partem dotis certis caſibus mulier de illa parte vt di
xi teſtari non poſſe eſt verũ ꝙ iſto ſecundo caſu, & ſic in
terminis primi ſtatuti Vercellarũ de quo ſupra mulier poſ-
ſit petere legitimã partẽ ſucceſſionis ſibi debitæ, qñ nõ renũ-
ciaſſet.& de ea, & iure ipſius teſtari, vt voluit Bald.in p-
alle cõſi cviij.ad fi ſed ſi renunciaſſet attentis dotibus ſibi
cõſtitutis quũ vt ſ ſcripſi debeat habere dotem præcipuã
de illa poſſet diſponere, & teſtari; intellige qñ eſſet ſui iuris
nam filiaſam.non põt etiam de dote teſtari, vt per Iaſo.in
.d.l.poſt dotẽ, col xvi.& in.l.qui romæ.in.§.flauius, col.
.ix.ff.de verb.obli.Io.de anna.in conſi..xxxvi Modern.
aſten.in tracta.exclu.fœmi.ſtã.agna.fol.lxviij.col.iij.i.viij.
.q.p viã autem contractus an poſſit tunc diſponere vide
Bal.in l.ſi dotẽ col.fin.C.de ſal.cã adiec lega.& in l.quod
ſitis co pe.C.de bo.quæ liberis, & Curt iuniorẽ i cõſ.clij.

Vnum etiã not.ꝙ quando ipſa mulier dediſſet mari-
to dotem, & ſtipulata eſſet dotem reſtitui ſm formam
dictorum ſtatu.ſibi, & ſuis aut cui vel quibus caſus reſti-
tuendæ dotis dederit, qđ in idẽ recidit vt per Dec in con.
clxxxi.col.fi.Alex.& alios in.l.gaius ff ſolu.mat.tunc cum
actio ſit uxoris, & hæredum ius, quibus etiam in dubio
cauiſſe cenſetur l ſi pactum ff de probationibus, cum alijs
de quibus per Pau.de ca conſi cclxxxij.col.fi.in antiquis
Ancha.cõſi cccxix.&.cccxxvi.Iaſ.conſi ccxvii.libr. ſe-
cundo Deci.conſi.cclxii & Curt iuniorem conſi clix.co-
lumna ſi uxore ſine liberis præcedẽte dimidia pars dotis
cedet lucro mariti ſm diſpoſitionem prædicti ſtatuti. de
altera dimidia ſibi debita poterit diſponere: quia in re ſua
&c l in re.ſ.man illam igitur habebit hæres uxoris.

Decimotertio not.ibi altũ rerum, itẽ ibi quum in alie-
nis rebus, ꝙ in caſu iſtius legis etiam particularis diſpoſi-
tio rei alienæ non ualet cadit q; ſub nræ legis ꝓhibitione
quicqd dixerit Fulg.ut hic p Lan.Deci col ij. Aquenſ.cẽ
col.ij.uerſi.viij procedit, & col.pen uerſicul.aliam ſai.&
Corn conſi.lxxxiij.col fi.lib iij. Nec obſt.l.rem alienã.
ff de contrahen empt.quia tex noſter & prædicta intelli-
guntur quando exprimitur ſpes ſucceſſionis ut ſi prædi-
ctæ res ad promittentem etiam ex ſucceſſione tali perue-
nerint ſm Barto.poſt glo.j col.prima uerſicu.ſolutio pa-
ciſci & Aquẽ col prima pro qua declaratione facit: quia
extẽſio facta intelligitur cum ſuis qualitatibus.l.lecta uer
ſicu.ſed cum fortis.ff.ſi cer peta & dixi.ſ in prin l.& per
conſequens ubi iſta particularis diſpoſitio fit ſub condi-
tionibus de qbus.ſ in principali deciſione legis: alias ſecus
eſſet d l rem alienam etiam ſi tibi promitterem rem ſem-
pronij poſt illius mortem ſecundum Aquen per tex.in §.
poſt mortem, inſti de inutil.ſtipu.& l.ſcrupulam.ſ.de cõ
trahẽ.& cõmit ſtip quæ tamen iura loquunt de promiſ
ſione facta poſt mortem ipſius promiſſoris non autẽ ter
tij prout in qõ.noſtra.quamuis putẽ talem promiſſionẽ
ſubſiſtere, cum non exprimatur ſpes ſucceſſionis dicti ter
tij ceſſentq; rationes legis noſtræ, niſi de fraude apparere
poſſet, ut hic per Moder taur.col.xvi.faciunt quæ ſcribit
Pau de caſt in.l.quidam in.§.donationem.ff de dona.&
quæ diximus.ſ.in.v.not.in ſecunda limita.circa cautelam
commenſis. Et pro amplia dicti nota.ſciendum eſt. ꝙ 104
nõ ſolum res illa particularis ſuper qua facta eſt diſpoſi-
tio ſub commemoratione futuræ ſucceſſionis publicabit,
& confiſcabit, verum tota hrẽditas ſeu portio contrahẽtis
& eo mõ diſponentis: quia hęc pœna non contemplatio-
ne rei irrogatur ſed propter indignitatem eius qui contra
bonos mores, & ius gẽtium feſtinauit, ita Bar ſub dubio
tamen forte in lege cum dominus, in.§.fina ff de pecu.le-
gat.ſed firmiter ita tenendum eſt ratione prædicta, item
quia offenditur perſona de cuius bonis agitur, quæ non
poteſt pro parte offendi, lege uulgaris, in prin.ff.de fur. ꝓ
baturq; pdicta conclu.in l.ij de his quibus ut indi & in.§.
fi.d.l.quidã, cum.l.ſequen.de dona.ubi in totum denegã
tur actiones hæreditarię, & auferẽ: ut ab idigno tota hęre
ditas

dictas licet conuentio ſuerit aut donatio de parte bono-
rum tm̃, ita cõiter tenent ſcribẽ. ut poſt Alber. & Raph.
commen. in. §. finali dicta lege quidã, tenent hic moder.
Peru et Lãc. ac Dec. co. iiii. Aqueſ. ii. Cur iii. et alii Moder.
105 Decimoquarto nota ✠ ex fine legis ſecundũ Bal. &
cæteros q̃d licet poſsit quis obligare oĩa bona ſua præ-
ſentia, & futura immo ueniant futura in ſimplici obliga
tione bonorum lege fin. infra quæ res pigno. obli. pñt,
cum aliis de quibus per Soci Iaſ & alios in lege qui Ro
mæ. in §. calimachus in not. ff. de uer. obli Deci in conſi.
ccccccxxxix. & Aquenſ. in. l. poſsideri. §. incertam. ff de
acgr. poſ. decidentes pariter utrum in generali obligatio
ne ueniant futura, & poſtmodum quæſita, & conſtitutũ
operetur reſpectu bonorum futurorũ, nihilominus bo
na ex hæreditate alicuius uiuentis obuentura non poſſet
106 in ſpẽ quis obligare, ut hic, in genere ſic lege iii. §. de illo.
ff pro ſoci. vt poſt Sali. tradit hic Deci. in. viii. not. ✠ ex
quo ſm Cur. reſultat vnũ mirabile, ꝙ licet huiuſcemodi
bona ueniant in obligatione generali, tamẽ ſpãliter ne-
queunt obligari, ita ꝙ plus operabitur generalis q̃ ſpe-
cialis obligatio, ſed non eſt miraculum, quia per gene a
lem obligationem quis non cõmittit in hanc legem, nec
facit aliquid contra bonos mores, & ius gentium, ut p
ſpecialem, ideo &c. immo in genere poſſent etiam obli-
gari futura obuenienda ex quacunque ſucceſsione per
.d. §. de illo cum ſ. dictis.
Addit hic Iaſ in vlt not. alium caſum, ad quem non
107 trahitur generalis obligatio bonorum ✠ Quando uide
licet res obligata de conſenſu creditoris alienatur, ſi po-
ſtea ex noua cauſa & titulo debitor illam acquirat non
ſubiacet obligationi, & hipothecæ, ſicque non cõpre-
henditur ſub pcedenti obligatione omnium bonorum
præſentium, & futurorum, tex. eſt ſing. in le. ſi. vbi Bar.
not. C de remiſ. pig de quo uide Signorol in cõſ. e Mo
der. portugall. in rep. l. imperium col lxiiii uer. xiii. ff. de
iuriſ omnium iud & Moder. de fano. in tract. de pigno.
fol lvii num. xxv.
108 Vltimo not ibi ✠ fieri uel paciſci; ꝙ pactũ diſtinguiſ
a facto, ut hic per Decin vltimo not. quomodo proce
dat recte declarantem.
Sed an appella facti ueniat non factum, uidenda ſunt
quæ ſcripſi in l. qui non facit. de reg. iu.
Gloſ. ſuper uerbo alienæ, diuiditur in duas partes. in
prima arguendo, duabus rationibus nititur, pbare legẽ
noſtram in liberis locum non habere. in ſecũda, quæ eſt.
ibi tu dic contrarium, determinat confutatis rationibus
109 ad oppo factis ✠ Concludit gl. diſpõnem iſtius legis &
in filiis locum habere, tum quia inſidiantur vitæ paren
tum, tum etiam quia parentum hæreditas non eſt filio-
rum, ſed dicitur quaſi ſua, ſicque de alienis bonis fieret
diſpoſitio quæ tanto melior eſt q̃ præcedens, quia filii
vitæ parentum cõiter non inſidiantur & in. §. pen inſti.
quod cum eo per gloſam alleg ponitur ſpecialis caſus,
quãdo uidelicet filii alieno ære onerati erant, ꝙ uitæ pa
rentum inſidiabantur regulariter ſecus eſt.
110 ✠ Sed maius eſt dubium econtrario an locũ habeat
in parentibus ſuper hæreditate filiorum paciſcentibus.
Aretzenet q. nõ, quia & ſi reperiatur. ꝙ filius quãdoq;
vitę patris inſidietur, non tamen reperitur, ꝙ pater uitæ
filii inſidietur, undequũ ceſſet ratio in hac lege reſcripta
de uoto captandæ mortis, debet etiam ceſſare legis di-
111 ſpoſitio vulgata lege adigere. §. q̃uis. ff. de iure patro ✠
facit ſm Sali quia nullus amor vincit paternum l fin. in
princi. C. de cur. furi leg. iiii quidem in fine. ff. quod me-
tus cauſa plura ponit Feli. in. c. afferte col. j de pſumpt. et
not. exemplum refert Barb in. c. in pñtia col lv. de pba.
poſt Andre. de iſern. Quia tpe Caroli ſecundi in Regno
Apuliæ reperto quodam homine mortuo cum vnico
vulnere pater, & filius fuere accuſati ignorabatur pcuſ-
ſor, ad torturam poſiti negarunt, quæ obiiciebatur, q̃d
puniri non poſſent, finxit rex vtrumq; ſuſpẽdi uelle fa-
cere, & a filio inchoari iuſsit, uidens pater filium furchas
accedentem exclamauit ſe auctorem ſceleris, non filium,
qui ob id liberatus fuit patre legitimam pœnam dante.
poſſet illud homeri Mãtuani in mediũ adduci, Me me
adſum qui feci in me conuertite ferrũ O rutuli, facit tex.
not. in lege eum qui pbabilem. ſ. de epiſcopis & clericis,
vbi inter perſonas ita coniunctas nihil ſceui criminis exi 112
ſtimari naturale fœdus permittit ✠ per quem tex dice-
bat ibi Alber de roſ ꝙ ſi reperiatur filium uerberare pa
trem. aut filiam a patre ſtuprari, credendum eſt illum
non eſſe filium, nec alium patrem. Et tamen in articulo
prædicto contrarium determinant cõiter doc. quia licet
ceſſet uotum captandæ mortis, & ſiniſtra ſuſpitio erga
filios, militat ratio generalis in fine legis aſsignata, ꝙ nõ
licet paciſci de bonis uiuentis contra eius uoluntatem.
ambo Decii conantur conſideratione pdictã impugna-
re eo, ꝙ ratio in fine legis aſsignata dependet a prima de
uoto captandæ mortis. quia alias in rebus alienis abſq;
domini uoluntate licet paciſci, legi rem alienã. ff. de cõ-
trahen. empt. ſed hic ſolum uiciatur, quia a principio vo
tum captandæ mortis continet, ideo remota illa ratione
prout in parentibus reſpectu filiorum contingit. pactũ
valere deberet. & hanc concluſionem publice ſuſtinui.
Reſpondere tamen poteris non eſſe uerum dictatum ra
tionum vnam ab altera dependere, imo ſtant eque prin
cipaliter, & de per ſe, per eaſque demonſtratur pactum
de hæreditate uiuentis contra bonos mores eſſe ideo nõ
ſubſiſtere, item licet ceſſet in parentibus ratio uoti captã
dæ mortis. militat tamen alia ratio generalis ꝙ de hære-
ditate viuentis non debet quis eẽ ſolicitus, nec cõtra bo-
nos mores, & ius gẽtium ire aut paciſci l. ij. §. interdũ. ff.
de vulgaribus lege quidam. §. fin ff. de donationibus, &
ut in ſuperioribus diximus liberi hominis mortẽ expe-
ctare neque ciuile, neque naturale eſt prętere a ſm conſi-
derationem Deciorum ratio uoti captandæ mortis totũ
faceret. & tamen ſupra oppoſitum probauimus ea ſola
cõne diſpõnẽ huiuſce leg. nõ fundari, neq; poſſe ſuſtineri.
Nec obſt lex rem alienam. per Decium allegata, quia
non pcedit in iſta materia, quando fit conuentio aut di
ſpoſitio de re aliena ſub ſpe ſucceſsionis, quæ turpis re-
putatur, quum præmaturæ de illa diſponatur iuribus
proxime allegatis & magis in patre, q̃ in filio p l nã &
ſi parentibus. ff. de inofficio. teſtamen.
Prędictis annectitur utilis dubitatio ✠ an in liberis & 113
parentibus ſic paciſcentibus locum habeat pœna conſi-
ſcationis bonorũ & hæreditatis de qua in lege ſecũda. ff.
de his quibus ut indignis, & in. §. fi. lege quidã. ff. de do-
nation. Pau. de ca. ad finem iſtius gloſæ tenet ꝙ ſic, & ſe-
quuntur hic Iaſon & Aquenſ. colum. ſecunda & tertia,
& Moderniores taurinen. ij & iiii. quia in eis militant ra
tiones phibitiuæ talium pactionem & cõtractuũ ycq̃d
dicant Modernio. Papienſ infra in gloſa obſeruari.
Nec obſtat ꝙ pœna priuationis locũ ſolũmodo ha- 114
beat in caſibus a iure expreſsis, nec fieri debeat extenſio.
§. cum igitur, ibi non eſt lex tale quid dicens, in auctenti
ca de non eligendo, ſecundo nubentes cũ aliis adductis
per Iaſonem in. l. j. col fi ſ. tit. ſeq. & ſic pœna dict. §. fin.
loquentis in agnatis non debet locum habere in filiis &
parentibus, ſi negatur extenſio, quia ex identitate ratio-
nis ✠ de ſimilibus ad ſimilia fit extenſio etiam vbi agiſ. 115
de pœna priuationis, textus eſt in. c j. in §. porro, quæ
fuit prima cauſa benefi. amit. notant Iaſon & Aquenſ.
in. d. l. j col. fi. & Felinus in procemio gregoria. col. ij. &
& iii. maxime quando caſus eſſent æquiparati, ut ibi per
Moderniores taurinenſ. col x. Quum igitur dicta pœna
ſit inducta quia contra bonos mores contrahitur ut di-
cit textus in d. l quidam in fine, & ratio iſta locum ſibi
uendicet in liberis. & parentibus pariter in eis pœna lo- 116
cum habebit, & quicquid dicat Alexan in lege cum

dominus in.§ ſi ff.de peculio legato, & in lege iuriſgentium in.§.ſi ante.ff de pactis procedunt prædicta etiã ꝙ pactum tenderet ad liberandum, puta quando filius debitores paternos, uel pater debitores filii habentis forte peculium caſtrenſe liberaret, liberatio non ſubſiſteret, et incurreretur dicta pœna, ut per Bar.in.d.§.ſi. Alexã. & Iaſ.in.d.§.ſi ante, dixi in prima limit.v. not. vbi tenui in puncto iuris idem eſſe in promiſsione filii de liberando debitores hæreditarios caſu, quo ad eũ deuoluaſ patris hæreditas.

Glo.in uerbo declarabatur, diuidi poteſt in quatuor partes, in primo timore cõtrarii, quod ſtatim formabo, glo.iſtum tex.vno modo intelligit. in ſecunda formam pacti initi ponit. in tertia rõnem ſuæ põnis aſsignat in quarta reprobat poſitionem quorundam. Secunda eſt ibi puta.iii ibi nam ita.iiii.ibi, & ita non placet.

In ea.glo.ibi per ſtipulationem, videbatur huiuſcemodi pactum tanquam nudum non valere, licet dominus conſentiat l.legem.õ.eo. tit.glo. intelligit ꝙ pactum erat ſtipulatione uallatum, ſequitur Bart. in ii.oppo. & latius Sali.col.j intelligens, vel ꝙ eſſet alio legitimo modo ueſtitum.

In ea.glo.ibi tertiam partem hæreditatis uel dimidiã. æqualiter intellige conuentionem ſic factam, & ſi obuenerit tibi hæreditas dabis mihi dimidiam, nam pſumendo fuiſſe factam conuentionem, ut ſi ęqualiter omnibus veniat, diuidatur ęqualiter, conuentio eſſet fatua, & ſine ſapore ac effectu, intellige itaque vt dixi, & ſit expreſſio alio modo q̃ tacite ineſſet, & q̃ diſponat lex, & multum operatur.l iii.j.de fideiuſ.& l.iij.ff.de leg j.

Et tamen ſi plures æqualiter ab inteſtato ſucceſſuri paciſcerentur de diuidenda tali hæreditate æqualibus portionibus caſu quo ad eos æqualiter deferreſ, adhuc inualida, & reprobata eſſet conuentio quamuis inſipida, ut dixi, quia contra bonos mores, & de hęreditate viuentis contra iura ſuperius allegata.

In ea.gloſa ibi ita demum eſt pactum ſi vni ab altero
117 q̃d eſt dandũ uel faciendum, * & ſic pactũ in forma non peccabat, vt hic per Sali.col j. & glo.optime declarantẽ in l.j.ſuper uerbo in idem.ff.co.& ex dictis illius glo.cognoſces male loqui glo.iſtam in fine tertiæ partis dum ait uel ab altero eorum alteri tertio.

Glo ſuper uerbo obſeruari, diuiditur in duas partes in prima ſupplet ad tex. in ſecunda colligit argumẽtum ad quæſtionem.

118 Circa primam partem glo. * tangit materiã indignitatis diſponentium de hæreditate uiuẽtis, a quibus tanq̃ ab indignis hæreditas per fiſcum auferri poteſt, iuribus in glo.allegatis, plures cadunt dubõnes, & difficultates.

Prima an locum habeat in minoribus.xxv.annisẛ dixi in quinto not.

Secunda an in aſcendentibus, & deſcẽdentibusẛ in gl. prima tactum eſt.

119 * Tertia difficultas ſi tales paciſcentes pœnitentia ducti ante mortem illius, de cuius bonis tractatur a conuẽtione diſceſſerint an dictam pœnam euitentẛ Moder. Peru. relati hic per Lan.Deci col.ii.tenebãt ꝙ ſic arg.tex in.§. meminiſſe.l.Papin ff.de inoffi.teſt.ſed ipſe Lan.tenet oppoſitum, quia in delictis conſumatis non eſt locus pœnitentiæ.l.qui ea mente.cum Bar ff de furt.Moder.Papin. hic dicunt recurrendum ad diſtinctionem Bar.in.d.l.q̃ ea mente.ex qua veritas haberi poterit, Moder. taur.hic col.xv. ſequuntur Peruſinos, quia talis pœnitentia tollit præſumptionem doli ortam ex pacto, argumento legis primæ.j.de crim ſtel.

Dic melius, ut hic per Aquenſ.reprobantẽ Lancelot: & dicentem ꝙ ex quo hæreditas nondum eſt delata, & res eſt integra tali pœnitentia tollitur indignitatis effectꝰ per adducta per eum, & ſi del ictum ex toto non eſt pfectum, & conſummatum, ideo admittitur pœnitentia, et illud uoluit Bart. in .d.l. qui ea mente col.ii. dũ opponit de illo.§.meminiſſe, & reſpondet, ut dixi. accedẽte vero poſtea conſenſu illius, de cuius hęreditate diſpoſitũ fuit, omnes fatentur ceſſare prædictam pœnã, & in ſuperioribus probatum eſt ſuperueniente tali cõſenſu huiuſcemodi conuentiones, & pacta conualidari.

✠ Quarta difficultas utrum dicta pœna indignitatis locum habeat non ſolum, quando fit conuentio ſuper tota hæreditate, ſed ſuper parte aliqua ẛ & quicquid dixerit Fulg.Lance Deci.hic col ii.& Curt.poſt Mode.Peru. concludunt ꝙ ſic & reſpectu priuationis totius.& ꝓbaſ in.d l.ij.ff.de his quibus ut indig. & in.d.l quidam in.§. fin.ff de dona in uerbo partis, iuncto uerſiculo in totũ denegandas, ubi Bart. & Alber.aſsignant rationẽ, quã hic præfati ſcriben.referunt, ꝙ ideo indignitas reſpicit totam hæreditatẽ, quia cauſatur ab offenſa perſonæ illius, ſuper cuius hæreditate eſt factum pactũ, a qua tota hæreditas peruenit, & quæ perſona non potuit pro parte offendi, quin tota offenderentur lege vulgaris, poſt princip.ff de furt.cum aliis, quæ adduxi.õ.in.xiii no. 120

* Quinta dubitatio uidetur talem hæreditatem non debere fiſco applicari per legem primam.C.de ſecun.nupt. vbi quando aliquid prohibetur eo quia contra bonos mores, non eſt habenda ratio fiſci, ergo idem in propoſito noſtro, quum tales cõuentiones impugnẽtur tanq̃ contra bonos mores factæ.d.l.quidam.§ fi. 121

Aretin.hic col.j.nititur nodum hunc ſoluere, dicens illum tex.procedere quando aliquis ex toto, & ipſo iure eſt ſucceſsionis incapax. hic loquimur quãdo aliquis ſuccedit, & tamen propter indignitatem fiſcus hæreditatẽ aufert.pro qua diſtinctione faciunt dicta ſcribentium in l.j.j.de hære.inſti.& glo.not.in lege his conſequenter.§. primo in uerbo pertinere ff. famil.herciſ. quæ ponit dictam ſol.Moder.Papin. dicunt ſol. prædictam non tollere difficultatem, quum non aſsignetur ratio rationis, cur potius hic, q̃ ibi fiſci habeatur ratio, quum tamen de correctione morum utrobique tractetur, ex quo pariter liquet ꝙ alia ratio aſsignata per Deci.in.d.l. prima in.xi.not.j.de ſecun.nupt.q; ibi illud ideo fit, quia Imperator vltra ꝓceſsit diſponendo, ne fiſci uideretur habuiſſe rationem, minime procedit. Cur enim diuerſum hic ſi ubique agitur de correctione morum, & ſic utrobique eadem eſt ratio, quare non eadem iuris diſpoſitioẛ prædicti Moder.ſic dici poſſe uolunt, ꝙ in.d.l.j.mulier tranſiens ad ſecunda uota intra annum luctus ſolũ faciebat contra honeſtatem debitã primo marito, ſicque de correctione morum dũtaxat tractatur, hic autem aliud arguiſ delictũ uidelicet inductionis uoti captãdæ mortis.

Sed hac ratione attenta ſequeretur dictam pœnã nõ habere locum in parentibus paciſcentibus ſuper hæreditate filiorum, quum tunc ceſſet uotum captãdæ mortis, conſequens eſt falſum, ut iam demonſtrauimus, ergo & antecedens.

Forte dici poſſet ideo iſtud eſſe, quia huiuſmodi conuentiones ineuntes non ſolum ueniunt cõtra bonos mores, ſed etiam contra ius gentium ut dicit tex.in d.l. quidam in.fi.& tales pactiones ſunt ualde odioſæ, quum liberi hominis expectetur mors, inducatur uotum captãdæ mortis, & diſponatur de bonis alienis ſub ſpe futurę ſucceſsionis contra domini uoluntatem, continentque quandoque occaſionaliter peccatum, & datur materia delinquendi, propterea ſeuerius agendo, uoluit lex hæreditatem, & bona ſuper quibus facta ſunt talia pacta p fiſcum vendicari poſſe, & ſic quãuis utrobique agatur de correctione morum, termini tamen ſunt diſpares, & maius odium uerſatur hic q̃ ibi, rationibus prædictis, ideo non eſt mirum ſi diuerſum ius conſtituitur. Cogita maiorque eſt difficultas aſsignare rationem diuerſitatis ad legem Claudius.ff. de his quibus ut indignis quare ibi ob correctionem prædictam applicetur fiſco.

Sexta

Sexta dubitatio ✿ ex actu nullo priuationis non in-
curritur pœna Bal. in l. ii. §. de epiſ. & cleric. id enim qđ
ē nullū effectum nullum producit. l. quum pater in §.
curatoris de legatis ſecundo tradit Soci in cōſ. xviii. col.
ix. lib i. ſed pacta de quibus in. l. noſtra ſunt ipſo iure nul
la & inualida, ut patet ex iſto text. dū dicit omnino hu-
iuſmodi pacta repelli, ergo ex talibus pactionib' nullis
& inualidis pœna priuationis incurri non debet, reſpō.
ideo dictam pœnam incurri, quia lex punit factum, ad
quod uide Iaſ. in lege ubi pactum col. pen. & fi. j. tit pro
ximo, Rom. conſi. cccclxxxiii. Moder pap in tracta. ſeu
dorum fol xliui uerſi xvii. nec enim debet eſſe melioris
cōditionis illicite, & de facto cōtrahēs ꝙ licite, & de iuſ.
123 Septima dubitatio quis poſsit de indignitate tali op-
ponere ſecundum Deci. Aquenſ et alios dicendū ſolum
fiſcum per glo not. in. l. his conſequenter, in. §. i. in uerbo
pertinere ff fami. hær. de qua uide tu Iaſ. & Aquenſ. in
l ex facto in. § ius. ff de vulg. & pupil Paul. de ca. in cōſ.
cxxx col. ij in antiquis Barb conſi viii. fol j. volumine
tertio, & Soci conſ. lxxviii col. fina uolu iiij.

Propterea dicebam alias in contingentia facti, cum fra
ter fratri decedenti ſine liberis ſubſtitutus quietationem,
& liberationem de fideicom. feciſſet, illique renunciaſſet,
deinde orta inter eos diſcordia renuncians liberatum oc
cidiſſet, qui condito teſtamēto alium inſtituerat hęredē,
& tanquam læſus reſti in integrum deſideraret, q̄a mi-
nor obtenta prius abſolutione a iuramento, & per hæ-
redem opponeretur ꝙ tanquam indignus ad hæredita-
tem, & ſucceſsionem ob fratricidium perpetratū admit-
ti non debebat. id fieri non poſſe dicebam, quia a ſolo fi-
ſco indignitas opponitur. & ꝙ frater ſuccedere debeat,
124 ✠ ſed fiſcus tanquam ab indigno hæreditatem auferre
poterat. d. l. his conſequenter, in. §. j. plene Barb. cōſ viii.
volu. iij Benedictus de Peruſio conſ xlii. Bal nouel in
tract. de dote fol. xlix. in. xxxi ſpeciali Iaſ in. l. ſoror. C.
de his quibus ut indi. ſed cum fiſco conuenerat. per quæ
declarabis dictum Bar. in. l ſi ab hoſtibus, in §. i. ad ſi. ff.
125 ſol. mat dicentis ꝙ ſubſtitutus, qui occidit grauatum nō
uenit ad hæreditatem ✿ intellige in effectu. ſuccedit. n.
ſed fiſcus ſibi tanquam ab indigno hæreditatem illam
aufert, ut per Bald Iaſ & præallegatos.

Vltima dubitatio, quod remedium adhiberi poſsit,
ne iſti paciſcentes mortuo eo, de cuius hæreditate fuit
126 inita pactio priuentur per fiſcum hęreditate. Soci in cōſ.
lxxxiiii. col ii. lib. iiij. dicit ꝙ ſe deferant fiſco, ✠ quia di-
midiam partem hæreditatis lucrabuntur per l. ſenatus ſ
§. ſenatus. ff de iu. fiſ. ſequitur hic ſimpliciter Dec & ma-
le, loquitur enim ille tex. cum ſimilibus, quando quis in
capax eſt abſque ſuo delicto vel facto, quando autem
culpa ſua quis eſt indignus prout in caſu noſtro nihil lu-
cratur taliter ſe deferens, ut ex. eſt in l edicto i. §. eos. eo. tit.
& in l. poſt §. ſi cum glo ff. de his quibus ut indig. not.
Bar. in. d. § ſenatus, & Moder. taur. hic col. xv. & ſequēti
127 ✠ vide poſtremo circa dictā materiam etiā Bart et Pau.
de ca. in. l. quidam in. § fin ff. de dona. cuius quidem. §.
materia ex prædictis exornari ualde poſſet.

Circa ſecundam partem glo. dum tractat vtrum va-
128 leat conceſſio præbendæ non uacantis ✠ potes uidere
Accurtium decretales pœnitus ignoraſſe, quum proce-
dat in hac q̄ōne arguendo, & uacillando abſque allega-
tione decretalium, quum tamen multæ ſint hanc q̄ōnē
decidentes, de quibus hic per Dec. in. il not. declarat ma
teriam iſtam ut hic perpulchre per Pau. de ca. & latius
1 Sali. in ulti. col quē Aquenſ & oēs Moder ſequunt.

✿ Eſt tamen aduertendum inquantum vult Papam
poſſe dare expectatiuam ad pręb endam certi hominis
non uacantem cum clauſula de plenitudine poteſtatis,
quia eſt dominus beneficiorum, & ſupra ius, et quia ſcri
ptum eſt quodcunque ligaueris ſuper terram: erit liga-
tum & in cœlo, ſequitur poſt Bald. Fel. in. c. nonnullis in
prin in. xi. col. de reſcrip. Moder. taurin. hic col. x. & alii
præal leg. remittentes ſe ad diſtinctionem Sali. & elegan
ter tradit Mat. de afflictis in deciſione regni. ccxcii.

Non debet tamen id facere propter proximi pericu-
lum, nec cōſueuit facere, ut dicit Pau. de ca. etſi. n. habeat
poteſtatis plenitudinem, indiſcrete ea uti nō debet, imo
non poſſet, ut dixi ſupra in. v. limi. v. not. & ultra p̄dicta
uide textum glo. in. c. relatū. de præbēdis, pulchre Barb.
in. c. conſtitutus, col. ii. de reſcript. ubi refert ſe uidiſſe ele-
gantem q̄ōnem ✠ An magnus Rodi magiſter ſeu do- 130
minus poſsit facere conceſsionem ad præceptoriam va-
caturam, quum id facere conſueuiſſet a tanto tempore,
cuius initii hominis memoria in contrariū non extabat,
& probat quod non, atteſtando ſic fuiſſe obtētū in Ro-
ma. curia.

Et ſi uis ſcire ✿ an literæ ſuper prima vacatura ad ua- 131
cantem extendantur uide Aret. in. l. titius in. §. lucius per
illum tex. ff. de lib. & poſt. Alex. in conſi. cxli. uolum. v.
Soc. in. l. ſi iam facta. ff. de condi. & demon. & Fel. in. c. ad
hæc de reſcript.

✿ Voluit etiam hic glo. ꝙ dominus feudi poſſit aliū 132
inueſtire de feudo ſibi nondum aperto, intellige mediā
te conſenſu uaſalli quando pure alias inueſtitura non ua
leret. c. j. qui ſucceſ. tene. ſecundū p̄poſ. per Iaco. de beluiſ.
& Bal. ibi relatos in tit. ſi de feud. controuer. fuerit inter
do. & agna. uaſ. in. §. moribus, circa ſi. imo ſi dominus de
feudo titii inueſtiret ſempronium, credens titium, q vi-
uebat mortuum, non valebit inueſtitura etiam mortuo
poſtea titio ſecundum Iſer. ut per Dec. in conſi. cxliii. col.
ij. ad eo ſunt odioſæ, & reſtringendæ iſtę conceſsiones
quæ de bonis uiuentis ſeu per uiuētē iuſte poſſeſſis ſiūt.

Sed maius dubium uidebatur de inueſtitura ſub con
ditione facta poſt mortem puta uaſalli, ſi feudum dom
no aperietur ✠ inuenio ꝙ Iaco. de ſan. Geor. in feud. in- 133
ueſt. ſuper uerbo inueſtiuit. col. ſi. poſt Mart. de laude. te
net opionem placētinorum relatam in. c. j. de ſeu. dat. in
vic. legis cōmiſ. ꝙ licet ualeat de feudo in genere, non ta
men ualebit de feudo titij in ſpecie, propter periculum
inſidiarum ac uotum captandæ mortis.

Sed ille tex. vult totum contrarium, & adhuc clarior
tēx. in tit. ſi de feu. fuerit controuer. inter do. & agna. uaſ.
in. §. moribus, & iſta eſt cōis doctorum concluſio per iu
ra p̄dicta uidelicet. §. moribus, & tex. in tit. de feu. dato
inuicem leg. cōmiſ. & in. c. j. q ſucceſſo. tene. ꝙ dn̄s feudi
titii puta eo uiuente poſsit alium de dicto feudo inueſti-
re, ſi feudum ſibi aperiatur per mortem titii uaſalli pri-
mi decedentis ſine liberis, uel per caducitatem ut hic per
Aquen. col. ij. Præpoſi. mediolanen. in. d. §. moribus. So-
cinum in cōſi. ſeptuageſimoquarto lib. iij. vbi dicit iſtud
eſſe iure quodam conſuetudinario, ſentiens per punctū
rationis id minime debuiſſe. & id uoluit Clarius And.
de Iſernia in. c. j. col. vij. qui ſucceſ. tene. dicens quātum pe
riculi īmineat poſſeſſori feudum tenēti propter inſidias
mortis & triſtiſsimos euentus ab experto didicimus, &
ꝙ ſunt uſus praui & potius corruptela obliuioni traden
da fateor deciſionem duram eē & a bonis moribus alie
nam, lex tamen eſt ita ſcripta in titulo de feud. da. in vicē
leg. cōmiſ. & in. d. §. moribus, ubi Bal. ait ꝙ iſta inueſtitu
ra dicitur inueſtitura in defectum iuris tertij, quæ habet
in ſe iuris ordinem, & dicitur inueſtitura de caducitate
ſucceſsionis non de futura ſucceſsione, & nūcupatur cō
ceſsio de iure ſuo poſt mortem tenētis feudū. proſeq̄tur
latius Mattheus de afflictis in deciſione regni. ccxcij. ubi
dicit poſt Iſerniā ꝙ Robertus Rex inclitus & ſapiētiſsi-
mus frequenter utebatur dicta inueſtitura iuxta dictū. §.
moribus, quia ob tales p̄miſsiones alliciuntur milites ad
expeditionē cuiuſque negocij p̄ republi. nec fit p̄iudiciū
poſſidenti feudū. & ſi prauus ſequatur euentus diceſ cū
Augu. in. c. de occidendis. xxii. q. v. id accidere p̄ter uo
luntatem & intentionem regis, & ꝙ ſine cā reuocari nō.

debet poſtquam eſt fact ı, & ita fuiſſe in ſacro conſ. Nea
politano determinatum tpe regis Ferdinandi, • & ſic ẽt
annis p̄teritis ſeciſſe ſcimus Sereniſsimũ & potẽtiſ. Caro
lum quintum Roma. Imperatorem qui illuſtriſ. Man-
tuæ ducẽ uirum ſ. & vxorem cũ liberis maſculis ab eiſdẽ
deſcẽdẽtibus de Marchia Mõtisferrati inueſtiuit ſi contin
geret Illuſtriſ. Ioan. Georgium tunc Marchionẽ Montiſ-
ferrati ſine liberis maſcu. decedere & feudum ipſum ad
Maieſtatem ſuam a qua dependet deuolui, quemadmo-
dum poſtea contingit, ſed de tota ipſa marchia nunc eſt
qõ & lis inter p̄ſatos inueſtitos, ac Illuſtriſ. & excellentiſ.
Ducem Sabaudię principem meum obſeruandiſsimũ.

Glo. in uerbo accõmodauerit diuiditur in tres par-
tes, in prima ponit dictum, in ſecunda ex illo & tex. nr̃o
colligit not ad quod ſimilia q̃dam adducit, ĩ tertia illud
dictum & remedium ponit, quo mediante poteſt quis
bona ſua poſt eius mortem alicui concedere, ſecũda ibi
& ſic, tertia ibi per ſtipulationem.

Circa primam partem not. glo. ex tex. non colligitur
ſecundum Bar. Paul de caſt. & alios, ſaluari tamen põt
gl. ut hic ſubtiliter p Aquen. & licet Moder. taur col xij.
videantur recedere, eo ꝙ hic conſenſus reuocabilis adhi
beri vſ ſuper pacto irreuocabili, ꝙ cõſentiens facere nõ
poſſet, tñ ſaluatio põt optime ꝓcedere non habito reſpe
ctu ad tex. noſtrum, ſed ad iura glo. & allegata per eam
ꝙ hæreditatem ꝓpriã pacto dare non poteſt, etiã reuo
cabiliter. Et tñ ħ lex vult ꝙ poſsit conſentire paciſcẽtib'
ſuper hæreditate ſua. Ergo ſequitur ꝙ qui non põt face-
re, poteſt tñ facienti conſentire, & rationem differentiæ
ponit hic pulchre Aquenſ.

Nec dicto Bart. & ſcribentium, qui uolunt conſentiẽ
tem poſſe ſuum cõſenſum reuocare refragatur regula. c.
qđ ſemel placuit, de regu. iur. in. vi. & l. ſicut. C. de act.
135 & obli. • quia hic eſt ſimplex conſenſus non obligato-
rius. ut ſentit Pau. de ca & Aquenſ. dũ ait ꝙ conſentiens
nihil diſpoſuit, uel dici poteſt talem conſenſum vim ulti
mæ voluntatis habere ut ſentit Bal. ideo regulatẽ ſm na-
turam ultimæ uolũtatis reſpectu reuocationis intellige,
ut ad libitum ſicut ultima uoluntas reuocare poſsit, ut
136 dictum eſt. ✠ Circa arti. tactum per glo. an ille qui
actum facere non poteſt facienti conſentire poſsit, Bart.
facit duas concluſiones, prima eſt ꝙ quando aliquis in
re plenum ius habet, ſi non poteſt actum facere nõ po-
terit etiam facienti conſentire per tex l. ſi fundus in. § pri
mo. ff. de pig. et hypo. quia ſm Bal. in. l. ſi ut proponis in
fi. J. de ſer. pig. dato. manum. conſentiens dicitur actum
tunc facere. l. in ædibus. §. ꝙ ſi filius. ff. de dona.

Ex quo ad plures not. qõnes inferri poſſet, ut hic per
Deci. & per Bal. in. l. ij. C. ſi aduerſ. donat. Barba. in cõſi.
xli. col. vii. volu iii. Aquent in. l. gallus in §. uiden col. fi.
ff. de lib. & poſth. ſcriben. in. c. ſi quis præbyterum, de
rebus eccl. non alienan.

Secunda concluſio Bart. eſt ꝙ hñs ius imperfectum,
licet actum facere non poſsit, facienti tamen conſentire
valebit, quia ius alterius pficit. l. ſi pater in fi. ff. de manu.
uin. vbi tamen tex. aliam rationem aſsignat, de quo tex.
uide Signo. conſi. lxi. col fi. Deci. in rub ẽ eo. tit. ad fi. &
in. l. aliud eſt uendere. ff. de reg. iur. ubi ẽt ſcripſi, & iſto
caſu actus nominatur a faciente, non a conſentiente per
rationem. d. l. ſi pater in fi. ſed quã do conſentiens plenũ
ius haberet, & eſſet dominus, ipſe actum facere diceref,
& ideo ab eo denominaretur. Bal. in. d l. ſi, ut ꝓponis,
ad p̄dicta uide etiã q̃ ſcribit Feli in. c. eã te col. xv. uerſi.
iij. quia non ſequitur, de reſcript. Deci. ultra cottas alle-
gatas in. c. j. col. i. in. c. ii col. vi. & in. c. at ſi clerici. in. § de
adulteriis col. xi. l ſemper de iudi. & conſi. cxxiiii. col. ii.
& . cl. col. ii. & conſi. ccli. Barb. conſ. xii. col. xij. dũ tractat
de fratribus minoribus, qui licet teſtamenta exequi ne-
queant, exequentibus tamen poſſunt conſentire, in prio
volu. in q̇bus locis inuenies plures not. qõnes determina
ri per prædicta. Infertur ẽt ex ij. cõcl. Bar. ſm pleroſq
ꝙ ſi ex diſpõne ſtatuti in cõtractibus minorum, & mu
lierum exigitur duorum ꝓpinquorũ conſenſus, ꝙ duo
minores ꝓpinqui conſentire poterunt. quia licet actum
facere non poſsint, facienti tamen actum conſentire po-
terunt • per doctrinam Bar hic. Quod uidetur a uerita
te alienum eſſe, quum menti ſtatuentium minime ſit ſatiſ 137
factum propter defectum ætatis. & loquitur Bar. quan
do conſentiens habet ius imperfectum in re ſed, pſtãs
auctoritatem contrahenti non habet ius aliquod in re,
ſed contrahentis dũtaxat defectum ſupplet, iuxta not. in
. l. ſi quis mihi bona. in. §. iuſſum. ff. de acquir. hære faciũt
not. per Deci. in. l. ij. col vii. uerſi. xxv. ff de reg. iur. ponẽ
tẽ • ꝙ ſi ſtatutum requirat cõſanguineorum cõſenſum,
non comprehenduntur fœminæ, utpote integrum non 138
hñtes conſilium, & ꝙ ratio talis ſtat ſit, ut fraudibus oc
curratur, & deceptionibus, q̃ prædictis perſonis tendũ
tur, & fiunt, ponunt Iaſ. & Dec poſt alios in. l pactũ qđ
dotali col. fi. C. de coll cui rationi ſatisfactum non eſſet,
ſi tales minores poſſent aliis minoribus contrahentibus
conſentire nam pariter in iſto acceſſorio conſenſu poſſet
eſſe circumuentio, ut in ſimili dicit tex. in. l. doli. in uerſi.
diuerſum. ff. de noua. nam ſi cęcus cęco ductum præſtet
ambo in foueam cadent, dicit. ẽt Bart. in. §. j. d. l. ſi fund'
ꝙ ubi quis ꝓhibetur aliquid facerẽ pp imbecillitatẽ intel
lectus. pariter facien. i cõſentire ꝓhibetur, licet aliud ſit,
quando pp defectum iuris ꝓhibetur ✠ uide ẽt tex in. l.
qui in ꝓuincia. ff. de ritu nupt uolentem ꝙ officialis pro 139
uinciæ, qui in eadem prouincia matrimonium cõtrahe-
re ꝓhibetur, pariter filio contrahenti conſentire eſt ꝓhi-
bitus, ſed de iure canonico ille tex, cum tit. de interdic.
matr. inter pup. & c. corrigitur, ut per Abb. in. c. fi. col. i.
de ſecun nupt. & in. c. i. col. ij. de ſponſa.

✠ Poſtremo in articu prædicto an facere ꝓhibitus poſ
ſit facienti conſentire. Aquenſ. ponit aliã doctrinã poſt 140
Aret. et Soc. i. l. gall' ſ. §. forſitã, col. j. ff. de libis & poſthu.

In eadẽ gl. & ſic econtrario qñq; q̇s põt p ſe, qđ non
põt p aliũ. • De iſto arti. ħ impertinenti & intellectu iuriũ 141
in glo allegatorũ uide Alex. in. l. j §. fin. col ii. & iii. ubi
etiã Iaſ. & alii. ff. de noui oper nunc oẽs Moder. in l. j. §.
item acquiritur in vlt. col. ff. de acquir poſ. Feli. in c. quæ
in eccleſiarum. col iij. de conſti. & in c. j. in ij. not. de ſum
ma trini Aquenſ. in repe. l. ut uim ſol. pen. col. j. uerſi. ſuc-
cedit alia qõ. ff de iuſti. & iure, Hyp. de marſil. in not cl-
xxv. & Ioan. de plat in. l vnica col. ii. C. de theſau lib x.

In fine gl ibi erit don. cã mor. uel inter uiuos, dicam
J. in. iij. q. Bar.

In gl. ſuper uerbo paciſci dum allegat l. rẽ alienã, uide
q̃ dixi in. xiij not. • & an ꝓcedat in re mobili, ponit Ioã.
de plat. in §. aliquando inſti. de uſucap. 142

In ea. glo ibi abundat maxime iſta ſol. ſm Iaſ. nihil va
let, quia reprehendit iuriſconſultum cui tanq̃ loco ſacro
reuerentia debetur, & ſm Aquenſ cõiter dãnatur, Iaſo.
Rimin & Deci ſequuntur ſol Bar & cõem. Et cuidam
rationi in oppoſitum factæ per Lance. & Aquẽſ. reſpõ.
Deci ut hic per eum Lanc. Aquenſ. & Moder. pap. ſe-
quuntur ſol Fulg. & Chriſtoſo. de caſtil. ꝙ ibi pupillus
erat mortuus, licet nundũ eẽt delata hæreditas, qa adhuc
forte nõ euenerat ꝯditio. approbat ẽt hoc Aret pp uerb.
hæreditas in illo tex. poſitum, ex quo datur intelligi pu
pillum fuiſſe mortuum, quia uiuentis nõ eſt hæreditas,
ut per eum dicentem hoc mõ intelligendo ſine ſcrupulo
ꝓcedere illũ tex. Sed iſta ſol. eſt diuinatiua, & deſtruit il
lum tex. in uerbo. delata. ꝓprie. n. capi debet, & in potẽ
tiori ſignificatu. l. nõ alr ff de leg iij. l. j. §. qui in ꝑpetuũ.
ff ſi ager uectigal uel emphit. peta. & ſic quando vere
ꝓprieque eſt delata hæreditas, vnde minus mala eſt ſol.
gl. nr̃ę, ꝙ abundet dictio maxime, ꝓut ẽt in l ſi. cũ gl. J.
de manumi. teſtamen. & ornatus gratia poſita fuerit, uel
dicamus quod ſtat taxatiue, ꝓ tantũ, ut eſt aliqñ iuxta

ea quæ

ea quæ ſcribunt Iaſon in lege qui ſe patris colum.x.infra
143 vnde liberi,& Alex.in conſi.centeſimodecimoſexto col.
pen.libro ſecundo. Ex quo infertur ius pupillaris ſub
ſtitutionis viuente pupillo nõ poſſe per ſubſtitutũ vendi
idem in uulgari,vt per Alex.in.l.qui Romę in § duo fra
tres,col.antepe.ff.de verb.oblig.quod eſt verum de p ſe,
ſed in conſequentiam hæreditatis paternæ ſic ſecundum
cõmunem doc.concluſionem per.d.§.illud.l.ii.ff.de hær.
vel acti.vend.vt per Deci.ſuper hac glo.

In ſi glo.ſentit duobus modis fieri poſſe pactum ſuper
ſucceſſione futura Bar.vero latius,& vtiliter hãc materiã
examinat p quatuor principales quæſtiones, ad quas vt
hic in vltima col.dicit Pau.de ca ſemp recurritur. prima
eſt an ualeat pactum conſeruatiuum futuræ ſucceſſionis,
quæ per deretur eo non facto.ſecunda an ualeat pactum
de non ſuccedendo.tertia an valeat pactũ de ſuccedẽdo.
quarta an valeat pactũ de futura hær.certo mõ diuidẽda

Si quis fimbrias(ut aiunt)extendere uellet,ampliſſimũ
tractatum de hac materia conficere poſſet, ſed breuitati
quantum poſſibile erit ſtudendo,rem in pauca conferam
vtilia,& neceſſaria magis tangendo.

144 Ex prima igitur quæſtio. Bar. plura colligi poſſunt
in primis ꝙ vbi propter delictum præteritũ quis priuan
dus eſt iure ſucceſſionis,ualet pactum cõſeruatiuũ ipſius
futuræ ſucceſſionis,aliud ſi ꝑpter delictũ futurũ.utriuſq;
dicti Bar.aſſignat rationes,quæ claræ ſunt,& palpabiles
& per ſcriben.communiter approbatæ,rationẽ primi di
cti ſumit ex fin.l ulti j.de reuoc.dona. vbi ingratitudinẽ
cõmiſſam põt qs remittere,etiã tacite,put ibi p ſilentium
donatoris tacite inducta cenſetur remiſſio,faciunt quę ſcri
bit Feli in capitulo repellantur,in fine de accuſat dũ oſtẽ-
dit qũo intelligatur remiſſa iniuria,intellige tamẽ niſi cul
pa aut facto ingrati reuocatio fieri non potuiſſet, ut per
Cor in cõſi.cclxvi.circa ſi.lib.iii.& quẽadmodũ prodeſt
remiſſio tacita.d.l ſi.ita obeſt tacita reuocatio puta alteri
relinquẽdo res pri' donatas illi,q̃ ingrat' extitit,ita Rom.
in cõſi.cclxxxiii ex tripli.faciũt,quæ dixi ſup in.xii not.

145 Infertur ex primo dicto Bar. ꝙ ſi filius commiſerit
cauſam ingratitudinis,ꝑpter quam poſſet a patre exhæ-
redari,ſi recõcilietur intelligitur remiſſa ingratitudo,adeo
ꝙ pater non poterit amplius eum exhæredare,ut hic per
Iaſ in quinta col.citantem Bar.In.l.iij.in.§.non ſolum ad
ſi.ff.de adim.lega.in aliis tamen terminis loquentẽ,quan-
do uidelicet pater iam exhæredauit,& ſequuta fuit recon
ciliatio,utrum exhæredatio uideatur adempta, & quic-
quid dicat ibi Bar.concludendũ eſt non cenſeri ademptã
ut per Aret in l.filio quẽ pater col.j.ff de lib.& po.et Ro
ma.in cõſi.ccclix melius ergo dixiſſet Iaſ.ex Bar.inferri
ꝙ per pactum poteſt ipſa ingratitudo remitti, prout di-
xit in auct.non licet,ad ſi.i col.j.de lib.præteri.

quo etiam de æquitate canonica ſeruaretur lex noſtra,ex
quo non reperitur contrarium deciſum de iure cano
nico . ſtamus iuri ciuili etiam in terris eccleſiæ,capitulo
primo,& ſecundo de noui oper.nun & præſertim quan
do eſt facta executio:quia non admittitur purgatio mo
ræ,niſi expreſſe vltra canõ procedat.vt ibi per eum quẽ
ſequitur hic Lance Dec.& Aquenſ colum tertia allegan
153 do notata per Abba.& alios in c.j de iureiurando vbi
volunt q ille qui incurrit periurium non poſſit amplius
obtinere diſpenſationem & abſolutionem a iuramento
quum fruſtra legis imploret auxilium,qui in legem com
mitit lege auxilium ff.de mino prout eum pulchre po
nunt de hoc vltimo Alex conſil.xvij.columna prima in
tertio volumine,& in conſi.ducenteſimouigeſimoſecun
do columna ſecunda.in ſecundo volumine.Socin conſi.
quinquageſimoſexto in ſecunda difficultate in tertio vo
lumine,Corn.conſi.ſexto columna penultima in primo
volu Deci conſ centeſimoquingenteſimoprimo colum.
quinta & Brunus conſilio quadrageſimoſexto. Vidi
154 mus tamen aliquando concedi per ſummum pontificẽ
abſolutionem a iuramento & a periurio ſi quod ſuppli
cans incurriſſet,de quo articulo vide Mathe de afflict.in
deciſione regni ducenteſimauigeſima,& trecenteſimaui
geſimaſecunda.Poſſet etiam comprobari dicta opi.Ale
xan.& prædictorum ex his quæ ſcribunt Iaſon in lege ci
uitas columna penult ff ſi certum petatur,& Decius in ca
pitulo eccleſia.S.mariæ columna.duodecima de conſtitu
tio.vbi volunt q leges ciuiles cenſeantur approbatæ a ca
none etiam q de eis non ſit facta conſtitutio . quum ſint
principaliter in fauorem hominum introductæ. Et ad
textum in capitulo ſuam de pœnis inc allegatum ab A
lexandro reſpon.vt per Socinum in conſilio decimoocta
155 uo colum.tertia in primo volu vbi poſuit nouum intel
lectum ad illum textum, de quo etiam vide Lancellot.
Galiaulam poſt Iaſon in repetit.§.cato in vigeſimaquar
ta columna,& Dec.in præallega conſilio ccccliij. colum
na tertia & quarta vbi etiam ſequitur opinio Alexand.in
dicta lege ſi inſulam.

Opinio tamen Alexand.hic mitior videtur , & tanquã
benignior amplectenda quando mora non nocuit credi
tori ne ſic locupletetur cum aliena iactura. vt dicit textus
in dicto capi.ſuam. Pro qua facit quia etiam de iure ci
uili in prætorijs ſtipulationibus:quia prætor habet æqui 156
tatem ante oculos admittitur talis purgatio vbi propter
moram non fuit læſum ius actoris lege,& ſi poſt tres.ff.
ſi quis cau.ita Galiaula loco præalligato poſt alios ibi re
latos,& ſic non videtur diſcrepantia inter ius ciuile,& ca
nonicum conſtitut.quia etiam de iure ciuili vbi procedi
tur de æquitate admittitur talias moræ purgatio.ſi credi
tor non eſt paſſus aliquod damnum.Et ad argumentum
Aquenſis de abſolutione quæ peti non poteſt poſt incur
ſum periuriũ.Rñ q. non ꝓcedit quando creditor ex mo
ra nulliũ eſt paſſus dãnũ,ne cum aliena iactura locuplete
tur.v. in dicto capitulo ſuam dicit textus. Fortius dicen
dum videtur.q in terris eccleſiæ & vbi ſeruatur ius cano
nicũ non procedat diſpoſitio iſtius legis,& ſic non ſit tra
ctandũ de purgatione moræ in iſtis pœnis,qcquid dixe
rit Alexan.in.d l ſi inſulam loco præallegato prout tenet
Parpa.infra in tertia qõne licet nihil allegat nec de Ale
xandr.mentionem faciat. Sed probo hanc opinionem
per ea quæ ſcribit eleganter Feli.in capitulo eccleſia ſanctę
Mariæ columna.xv.verſiculo quarto declaratio de con
ſtitu dum vult q etiam vbi lex ciuilis nõ reprobatur ab
eccleſia nec continet peccatum ſi tamen mouet lucrum ꝓ
xumo odioſum,vel rigorem quendam non eſt ſeruanda
in foro contentioſo canonico ita Abba per viam theo 157.
ricæ in cap.ſlius in quarto nota de teſta per illum text.vt
latius per eos,& ita dicunt limitari no.in capi. primo , &
ſecundo de noui operis nunciatio quod nota.Sed lex no
ſtra eſt multum rigoroſa,& odioſa.vt in ſuperioribus ꝓ
batum eſt.ergo.

Poſuit etiam hic Parpalea aliam limitationem, vt con
cluſio non procedat in iudicijs in quibus admittitur pur
gatio moræ:ſed tene contrarium,vt per Aquenſem in.d.
lege ſi inſulam columna nona reprobantem Bald qui ita
dicebat

Decimonono notandum eſt ibi deputabuntur eis q.
pœnæ iſtius legis,& ſic pœnæ debitæ ex contractu appli
cantur parti obſeruãti loquitur enim de pœnis debitis ex
cõtractu ita not.Alexan Are.Rimin Iaſon & Aquenſ.
hic ſecus eſt in pœna legali ſm Aret.allegat text.in.l.iu
bemus in.§.ſane cum glo.in verbo bonorum ſupra de ſa 158
croſanctis eccleſ.ex quo videtur inaduertenter loqui hic
Parpal in vigeſimoſecundo notabi.intelligens tex.in pœ
nis legalibus.

Sed dic tu q loquitur,& de pœna conuentiona dum
ait reſtituta pœna quæ pactis probatur inſerta, & de pœ
na legali ideſt a.l.impoſita dum loquitur de priuatione
actionis rerum proprietatis,& aliorũ emolumẽtorũ.Nec
eſt diſputandũ cui applicentur,quum lex noſtra clare di
ſponat eas applicari parti læſæ,& obſeruanti.

In dubio autem cui applicentur,pœnę legales,& pœ 159
næ a teſtatore in teſtamento appoſitæ vltra adducta hic
per Alexan.& Rimin in vltimo nota Iaſon decimoquar
to,Parpal vigeſimoſecundo,vide pulchre Alexandrũ in
.l.ſi quis id quod,colum fina.ff de iuriſdictione omnium
iudicum, Aretin.& Canoniſtas in rubr extra de iudicijs,
Socinus conſilio.xxxvi in quarto volu.Iaſon in.l prima
columna ſecunda.C.de his quib.vt indig.& inſti de actio
nibus in princ in tertia columna,& Felinus in cap. quali
ter & quando el ſecundo,in §.final. columna ſecunda de
accuſationibus.

Sed pulchrum hic oritur dubiũ. An pœnæ iſtius legis
poſſint exigi in foro conſcientiæ, Parpal.infra in nona 160

quæſtione dicit ſe alias fuiſſe in opinione ꝙ non per illam famigeratam glo. in cap. fraternitatis. xij. q. ij. volētem pœnas legales non poſſe retineri in foro conſcientiæ. per reū accuſatum. Nunc tenet oppoſitum: quia pœnę quę committuntur ipſo iure poſſunt exigi in foro conſcientię. Ita Felinus limitans illam glo. in c. j. in. vj. lim. de conſtit. quū igitur pœnæ iſtius legis committantur ipſo iure, vt ſ. no. Barth. ideo nimirum ſi exigi poſſunt.

Tu aduerte: quia non eſt verum ꝙ pœnæ iſtius legis committantur ipſo iure: excepta pœna infamiæ. & priuationis actionis ſm communem opinionem, vt diximus in xviij. nota.

Præterea illa limitatio Felini reprobatur per Decium in dicto capitulo primo in prima lectura in octaua colū. vbi poſt multa pro & contra adducta ad illam gloſſam
161 teſtatur eam communiter approbatam * de qua etiam p Corſe in ſuis ſingular. in verbo pœna ſingula. incipien in foro conſcientiæ.

Quantum ad pœnam conuentionalem, & ſi quę pactis probatur inſerta, dicendum eſt illam exigi poſſe, & nō ꝓcedere illam gl quia hæc pœna a mero procedit arbitrio Deci. in dicto capitulo primo colum. viij. verſicu. iij. concluſio procedit.

Sed maius eſt dubiū de alijs pœnis legalibus de quibus in text. & tñ idem videtur dicēdum, ꝙ iſte pariter poſſent exigi licet contrauenienti ſi illas non ſolueret in foro conſcientiæ, non eſſet obligatus ita proprie loquitur glo præ
162 dicta ꝙ confeſſor non deberet iniungere pœnitentiam ei qui pœnam non ſoluit Et eſt diſtinctio Cor ita conſulentis in conſilio ſexageſimonono columna fin in ſecundo volumine, & in conſilio ſecundo columna penul vbi pulchre in tertio volumine leges enim canonicæ & ciui-
163 les ſunt ſeruandæ etiam in foro conſcienti * quum non contineant peccatum, vt ibi per eum, & per Iaſonem in l ſi pœnæ cauſa. ff de conditio indeb. & in repetitio. legis nemo poteſt. columna decimaoctaua in ſecunda lectura. ff de lega. primo.

Vſq; aūt ad quā ſummam poſſint exigi iſtę pœnæ ponit pulchre Petrus de Anch in conſi. centeſimoquadrageſimooctauo incipien apud antiquos.

Et poſtremo aduerte ꝙ ad hoc vt incurrantur prædictæ pœnę requiritur ꝙ ad plenum per alteram partē ſint adimpleta conuenta. alias non haberent locū, ita vult hic textus in illis verbis qui intemerata pacti iura ſeruauerint & ita conſuluit Corn. in conſilio ducenteſimoquadrageſimoſexto, columna ſecunda in tertio volumine faciunt quæ dicam in gl. ſuper verbo ſeruauerint, vbi ponam ꝙ propter minimam contrauentionem incurruntur pœnæ iſtius legis.

Secundo & vltimo not ex fina. legis ꝙ veniens contra contractum iuratum per ſalutem principis incidit in pœnas iſtius legis, ſicut ſi iuraſſet per deum omnipotentem. Æquiparantur ergo in hoc Deus & princeps ſecularis.
164 Et præſtat iſtud argumen. * ad honorandum principes dicitur enim princeps Deus in terris. Et quicquid facit & iudicat. vt Deus facere debet, vt hic per Parpaleam in vltimo notab.

Plura de excellētia principis ponit Paulus de Citadinis in tractat. de iure patrona in epiſtola ad Maximiliāū Imperatorem, & ideo princpi facienti aliquid ex certa ſcientia nemo poteſt dicere cur ita facis ſecundum Baldum in prohemio feudorum char tertia, Cur in conſ. primo poſt tractatum feudorum columna octaua cum ſequēti & Iacobus de ſancto georgio in inueſti feudo. in verbo princeps, column prima & ibi enumerat multas prærogatiuas principis, facit ꝙ habetur Ioan. quarto vbi dicitur ꝙ diſcipuli inuenientes Chriſtum cum illa muliere Samaritana mirabantur, nemo tamen dixit quid quæris, aut qd loqueris cum ea? Debet tamen eius arbitrium ratione naturali & poſitiua eſſe regulatum, alias nō cognoſceret nec iudicaret, vt Deus: ſed vt diabolus: vt per Aquēſem poſt Baldum in lege fina columna ſecunda. ff. de conſti. principum.

Item intelligunt iſtum textum hic Baldus, & Aquenſ. in vltimo notab. in Principe monarcha, vt in Imperatore vel Papa, ſecus in alijs inferioribus, & nō haberet locum in rege ſecundum Barbatiam in conſilio vigeſimoquarto ad finem quarta columna in ſecundo volumine.

Sed contrarium videtur verius: quia Rex dicitur Imperator in regno ſuo vel melius loquendo habetur tanꝙ Imperator in terris ſuis & diſpoſitio. l. loquentis de imperatore * procedit etiam in rege vt per Decium in rubrica 165
de conſtitutionib. in ſecunda columna. Quinimmo duces & Marchiones in ſuis territorijs dicuntur tenere locū imperatoris, vt per Socinum conſilio ſexto, columna fina. in ſecundo volumine, Bologni. conſilio primo, colūna antepenultima Felinum in capitulo quæ in eccleſiarū, columna vndecima, cum ſequenti, de conſtitutionibus, & Decium in capitulo paſtoralis columna. ij. de appellationibus, & licet prædicti habeāt iura imperij in terris eorum, tamen, vt di. i. l. ſecunda de orig iur in verſi. fina. primæ partis non ſunt Imperatores: ſed tanquam Imperatores in regno ſuo.

Nec in his arbitror eſſe multum inſiſtendum: quia hodie non iuratur per principem: ſed per Deum, immo videtur ꝙ canones non admittant iuramenta per creaturā ſed per creatorem, capitulo etſi Chriſtus de iureiurando, tamen dic ꝙ per ſalutem principis eſt ſpecialiter permiſſum. vt ibi per gloſſam ſuper verbo creaturam, vbi pulchre per Abbatem.

Supereſt diſertiſſimi auditores vt ad expeditionē gloſ. quæ ex prædictis abſolutæ non fuerunt deſcendamus

Gloſ. prima diuiditur in duas partes, in prima quærit in ſecunda reſpon. diſtinguendo Secunda ibi diſtingue, intelligitur hæc glo. a docto. diuerſimode Parpal in primo notabili dicit gloſ determinare. l. noſtram non habere locum in minore iurante, Salicet. in ſecunda columna dicit gloſ. ſolum determinat circa validitatem tranſlationis, circa pœnas nihil dicit. & iſtud videntur ſonare verba glo. in fine ibi ſed per auctent ſacramenta indiſtincte eorum ſacramenta ſeruātur. de pœnis enim verbum nullum nihilominus puto gloſ voluiſſe determinare, ꝙ etiam iſta lex hodie procedat in minore iurante per auctent ſacramenta puberum, alias nō reſponderet ad quæſitum: nā quæ rit an iſta lex loquens in maiore quem inuoluit iſtis pœni ob periurium procedat in minore iurante Et, reſpon. ꝙ non ſi contractus non teneat de iure. C per legem primam, cum not. infra ſi aduer. venditio: quia ſi non tenet contractus nec iuramen um l. non dubium in fine ſupra de legi. ſecus ſecundum iura noua per auctent. ſacramenta qu. vult indiſtincte ſeruari ſacramenta puberum, & ſic ſi non ſeruat minor hodie ſuum iuramentum incurrit per iurium & conſequenter pœnas hic ſtatutas. Iſta eſt intentio gloſæ male a doctor declaratæ Si enim circa pœnas non determinaret: ſed tantum circa validitatem contractus non reſponderet ad quæſtionem motam per eam de lege noſtra an procedat in minore iurante, ꝙ non eſt dicendum.

Sed quicquid ſit * de intentione glo. noſtræ, Bartho. & 166
communiter doctores tenent, ꝙ non habeat iſta lex locū in minore iurante: ſed tantum in vero maiore, & ideo nō procederet in eo qui veniam ætatis impetraſſet, iuxta legem ſina C. de his qui ueniam ætatis impetra. vt late de his dictum fuit in ſecundo nota.

Et per dictam legem finalem dicit ibi Angelus quę hic in vltima columna, Iaſon refert ꝙ legatum factum alicui quum erit doctor, * intelligitur mediante examine doctorum, non de doctoratu conceſſo a Papa vel Impera- 167
tore ſine examine, ideo dicit ꝙ licet doctoratus a principe præcedat doctoratum a collegio per legem ſecundam.

ff. de

ff. de albo ſcriben. et capitulo per tuas de maiorita. & obe
168 dien. Tamen iſtud intelligitur, quãdo interuenit ✠ examẽ
alias ſecus. Et id ſeruaui ipſe quando fui a principe noſtro
poſt depoſita rectoratus inſignia, eques & doctor crea-
tus quãuis poſtmodum voluerim etiam ab iſto ſacro appro
bari collegio.
De prædictis vide etiam Iaſ. eſt in lege ſecunda in. §.
prius, columna tertia. ff. de Vulgari Decium in capitulo
clerici, columna ſecunda de iudiciis, & Aquenſem in lege
centurio, columna prima illo eodem titulo Vbi dicit, ꝙ
169 tales doctores tanti ſine examine * dicuntur doctores bul
lati, & non gaudent priuilegijs doctorum, idem ponit
Paulus de caſtro, & Curtius ibi in apoſtillis, in lege fina.
C. vbi ſenat. vel clariſſimi. Quamuis in puncto iuris con
traria opinio ſit uerior: quia tota uis in ipſa dignitate con
ſiſtit, quæ a prædictis Papa vel Imperatore cõfertur etiã
ſine rigoroſo examine, vt per Decium in dicto capitulo
clerici, columna tertia. vbi late de hac materia, & latius
ac pulchre Felinus in dicto capitulo per tuas, columna ſe
cunda vbi multipliciter limitat. Vide eundem in capitulo
primo, columna ſeptima, verſiculo fallit quarto, de con-
170 ſtitutio. vbi ponit an ſicuti uno verbo Papa creat, ✠ & fa
cit doctorem ita uno uerbo poſſet facere presbyterum ſa
cerdotem, & epiſcopum.
Et ultimo ſigna aliam limitationem, quam ponit De-
cius in dicto capitulo clerici, columna tertia, ibi, & quod
dictum eſt, multum enim declarat, & reſtringit prædi-
ctam concluſionem.
Gloſ. in uerbo iudicem, quia ſecunda eſt ample expedi
ta in quarto notabil. diuiditur in tres partes in prima col-
ligit ex textu unum notabile. in ſecunda oppoſitioni for-
matæ duas ponit ſolutiones. in tertia extendit q̃d in præ-
cedentis contrarii ſolutione ultimate dixerat. ibi eſt ſe cun
da ſed contra ibi tertia & cauſam.
In eadem gloſa ibi refert ſorte promittam iſtam tenet
Bart. Iaſ. et cõmuniter doct. ſecundũ Alex. uidelicet ꝙ fiat
diſtinctio quibus uerbis fuerit concepta conuẽtio, ſi pro-
miſi non contrauenire. ſola interpellatione committitur
ſtipulatio, & incurruntur poenæ iſtius legis. Si uero pro-
miſi non petere requiritur litis conteſta. lege amplius nõ
peti ff. rem ratam haberi.
Parp tamen ſupra in ſeptimo notabili tenet contrariũ.
ꝙ non requiratur litis conteſta. nec ſit conſtituenda talis
differentia ubi adeſt iuramentum.
Mouetur primo quia hic non apparet ꝙ verba ſic con
cepta fuerint ideo diuinatiua eſt reſtrictio barto.
Secundo quia iuramentũ nihil operaretur contra legẽ
ſi quando. ff. de leg. primo, & late dicta per Iaſo. in lege ſi
conuenerit col. ij. ff de iur om. iu.
Tertio quia ubi requiritur lit. cõte. ſi adſit iuramentum
uim habet lit. conteſt. ut per Iaſo. ubi ſupra.
Quarto per ea quæ dicit Iaſ. hic in ſeptimo notabili ad
glo. in clem. prima in uerbo uexare de reſcr. ꝙ licet uexa-
tio non dicatur donec quis in iudicio conueniatur tamẽ
fallit quando adeſt iur. vt hic. Sed nõ arbitror receden
dum a prædicta diſtinctione quæ cõis eſt quia uerbum
171 petere proprie importat ✠ per litis conteſtationẽ quando
ad poenam quis ex petitione haberet obligari dicta lege
amplius cum nota. per Bart. ibi.
Ad primũ motiuũ Parp. reſp. ꝙ licet hic non appareat
ſub qua forma uerborum concepta fuerit cõuentio. Nõ
tamen etiam apparet ꝙ facta fuerit promiſſione de nõ pe
tendo, nec eſt iſtud dicendum, quia eſſet tunc contra di-
ctam legem amplius.
Ad ſecundum reſpon. ꝙ immo iuramentum multum
operatur in primis illam clauſulam rato manente pacto.
Item ut actus ualeat omni meliori modo quo poteſt. Itẽ
ut non admittatur purgatio moræ ut dictum fuit in deci
moſeptimo notabili cum ſequenti Operaretur etiã incur
ſum poenarum iſtius leg. lite conteſtata, quãdo eſſet facta
promiſſio de non petendo, quod non fieret deficiẽte iura
mento: quandoquidem propter periurium ſuccedãt poe
næ iſtius leg. ut in ſuperioribus diximus.
Ad tertium reſpõ. ut per Deci. in capitulo primo col.
xv. uerſiculo quarto non obſtat de iudi. ꝙ illud quod di
citur iuramentum habere uim litis conteſta. procedit in iu
ramento litis deciſiuo: * ſecus in confirmatorio cõtractus 172
prout nos loquimur ſequuntur ibi Moder. columna ui-
geſimaſexta verſ. tertio facit.
Ad ultimum reſpon. ꝙ immo verbũ uexatio requirit
iudicialem conuentionem. ut uolunt doct. ✠ ſuper illa gl. 173
plene ibi per Barb. nec iuramen. operatur alterationem il
lius uerbi quicquid ſine lege loquatur hic Iaſon.
Poſtremo aduerte ꝙ non eſt neceſſe tantũ laborare, q̃a
hodie conuentiones concipiuntur uerbis ampliſſimis, &
vniuerſalibus de non contrauenendo aliqua ratione uel
cauſa de iure nec de facto, &c. quo caſu omnes ore uno
conclamant procedere diſpoſitionem leg. noſtræ.
Limita prædictã concluſionem duobus modis ut hic
per Aquenſ. ita limitantem regulam dictæ legis amplius
nõ peti. Et de alijs multis dictiõibus q̃d ĩportẽt, et quo
modo ex inobſeruantia cõmittatur poena poſt Salicetũ
ponunt hic Alex. & Aquen ac Parp. in ſeptimo notabil.
& Barba in clem prima col quarta de reici.
In ea glo. in ſi ſolue ut hic per Alex. col. tertia, & Iaſ. ad
finem commenti. quia quantum ad poenas legales eſt hic
ſpeciale, ꝙ cõmittuntur ſtatim, & non expectatur ſenten
tia propter odium periurii.
Et de illo §. accuſaſſe in glo. alleg. uide Barba. in capitu
lo nonnulli in principio in tribus ultimis columnis de re-
ſcrip. * & Fran. de curte in lege ſecunda in. §. ꝙ ſi actor co 174
lumna ſecunda infra de iur. calum.
Gloſſo in uerbo ſupplicando diuiditur in duas partes
in prima declarat tex. in ſecunda ibi. quid autẽ quęrit, &
reſpondet expõnem & declarationẽ gloſ. ſupplicando ui
delicet pro impetratione iudicis ſequuntur cõiter doct.
Et in primis pondera dum glo. uult talem ſupplicantem
pro impetratione iudicis incurrere poenas iſtius leg. uelle
id quod dictum fuit in ſeptimo notabili uidelicet tex. no
ſtrum debere intelligi de ſimplici interpellatione, & ſup-
plicatione nullo ſubaudito.
In ea gl ibi ut liceat contrauenire bene ſentit non poſ
ſe tranſigentem cum effectu ſupplicare pro impetrãdo
reſcriptum ueniendi contra trãſactionem lege cauſas in
gloſ. allega. & uide pulchre. Soci. in lege ſingulis. ff. de
excep. rei iud. & quæ diximus ſupra in octauo notab.
Nunquid autem ſic ſupplicans incurrat poenas iſtius
leg gl. non determinat, ſed dicendum ꝙ ſic. ut hic per
Salicet. & Alex. & ꝓcedit iſtud etiam ꝙ reſcribens ha-
beret poteſtatem remittendi iuramentum, * quia reſcri 175
ptum ſimplex non extenditur ad actum iuratum. ut ꝑ
Alex. in conſ. ccv. ad fi. in. ij. uolu. Iaſ. in l. quotiens col. i.
C de precibus imperato. offer. & Felinus in cap. conſti-
tutus col. ij. de reſcrip.
Eſt enim iuramentum maxime efficatiæ * ut omnibꝰ 176
eſt notum & eſt adeo, ꝙ nulla conſtitutio nullaque clau
ſula quantũcũque vĩs annullatiua ſeu reuocatoria tollit
pactum conſtitutionem ſeu actum iuratum nec ad illũ
refertur, duæ ſunt gloſ. iuris canonici celebres, & exalta
tæ per Docto. ut per Roma. in ſingula ſol. primo ſingu
lari incipiente ꝙ diſpoſitio, & ſuo conſ. cccxciij & ccce-
iiij Alex conſ. xxvij. col. fi. in. j. uolu. & cõſ. xxxvii col.
vi. in. ij. uolu. Barb. pulchre conſ. xxiij. col. iiij in. j. uolu.
Feli. in cap. conſtitutus col. ij. de reſcriptis, et Iaſon in le-
ge finali columna fin. ã. ſi contrarius in quibus locis ad-
ducũtur plura iura, et rationes, ꝓ concluſione prædicta.
non eſt tamen tantæ efficaciæ iuſiurandum, ut ad man
datum ſuperioris non teneatur ueritatem deponere,

ꝗ rē ſub ſecreto tenere prius iurauerat, vt alias cõtra quoſ
dã magnos aduocatos, & nõnullos theologãtes cõſului
per deciſionē Card in conſi. xxxviii. quidam habens rela
tam, & confirmatam per Feli in. c. intimauit, col. ii. & iij.
de teſti. qa iurm̄ de ueritate ſupprimēda temerariũ eſt &
inducit mortale pc̄tm̄, ideo minime ſeruandũ. Accedant
no. per Iaſ. in. l. qui iurato. col. ij. in. xiii. no. ff. qui ſatiſda. co
gan. Areti in. c. qualiter & qñ el primo in fine de accuſat.
& Feli. in. c. nouit col pe. in verſi. iuramentum de iudi. &
maxime quando eſſet ſup re illicita. c. non eſt obligatoriũ
& c. in malis de regulis iuris in. vi. & ſic abſolutio eſſet p
ſedem apoſtolicam conceſſa argu. gl. in. c venerabilē de
electio. & not. per Bal. in margarita in verbo conditio.
Nec obſt dicta ſcoti & theologorum in. xxi. diſt. iiij.
dicentiũ ꝙ ex quo ſecretum eſt de iure naturæ non tenet
quis etiam ad præceptum papæ ipſum detegere quum
fortius ſit ius naturæ, ꝙ̃ ius humanum. Quia reſpon. non
procedere illum dictum qñ quis producitur in teſtē, obe
dientia enim cogit ad reuellandum, quãuis ſub ſigillo ſe
creti cõmiſſum, non dico confeſſionis, ut per Abba. in. c.
oĩs vtriuſq; ſexus de pœniten. & remiſſio. & in capitulo
ſi ſacerdos col. 2. de offi. ordina. & per ſummam Ange. in
verbo confeſſio lo vltimo verſi. xxii. & Moder. de Ripa
in trac. de peſte. fol. xci. cũ ſeq. & in deciſione capellæ tol
lo. ccxl. fuitq; conſilium meũ approbatum et confirmatũ
per Excellentiſſimos & famigeratos theologos, & patres
reuerendos Hieronymum Rachium ordinis prædicato
rum, Ioannem bandum ordinis minorum. & Achillem
allionum ordinis minorum de obſeruantia. Quia dictum
Scoti uerificatur quũ actus iuto firmatus eſt licitus & bo
nus moraliter, & alicuius virtutis actus, ſecus ſi malus ꝙ
non poteſt cadere ſub ratione ſecreti, ꝓpterea irritũ cēſeri
debet præſtitũ iuramentum, eſto, ꝙ nulla eſſet ſuper eo
diſpenſatio & maxime in caſu tunc occurenti de his qui
iurauerunt ſe in futurũ tenere ſub ſecreto contenta in apo
cha, quæ excesſit præſentiam duorũ, & tic rationē ſecreti.
Ex quibus conſului his diebus elapſis in pulchro caſu.
Titia donauerat ſeiæ centũ ſoluenda poſt eius mortē irre
uocabiliter cum iuramento, & clauſulis opportunis con
ſtante publico inſtrumento fecerat aliam donationē qui
buſdã religioſis. conſtante etiã de ea auctētico documen
to. inde teſtata eſt, reliquit certum legatum ſeiæ donatariæ
& in fine teſtamēti adiecit clauſulam ſicuti annullabat, &
reuocabat omnia inſtrumenta per eam condita, & roga
ta excepto inſtrumēto donationis factæ religioſis de qua
ſupra. dubitatum maxime fuit an ſeia quæ egerat ad lega
tum uideretur approba[?]le diſpoſitionem defuncti, & ſic
non poſſet cõſequi centum primo donata, ex quo teſta
trix caſſauit, & annullauit omnia alia inſtrumenta. multi
dicebant ꝙ non, & ꝙ præiudicauerat ſibi in donatione
agendo ad legatum. ego conſului contrariũ, quia illa clau
ſula annullatiua non refertur ad inſtrumentum donatiõis
iuratum per prædicta, quæ bene ſigna.
Limitantur prædicta qñ in ſupplicatiõe eſt facta men
177 tio de iuramento, tunc enim intelligitur ✠ facta remiſſio
iuramenti, ut per Iaſonem, & Parpa õ circa finem. vi. no
tab. & Aquenſ. in ſecunda, & penultima colũna, & Feli.
in capitu. conſtitutus columna ſeptima verſi. limita qua
druplicíter de reſcrip.
178 Quod intellige ✠ quãdo impetratio fit a ſummo ponti
fice qui habet poteſtatem remittendi iuramentum, & ſup
illo diſpenſandi, Feli. vbi. ſ. columna nona uerſiculo gene
raliter autem, & in capitulo ſecundo colum. viii. de ſpon
ſalibus ubi etiam ponit ꝙ adhuc talis poteſtas eſt limita
ta. Epiſcopus autem regulariter non habet talē poteſtatē
vt ibi late per Feli. col. ix. & ſequen. & per Brunum in cõ
ſilio quadrageſimoſexto.
Iudex uero aut principes ſecularis nullo mõ poſſunt
tollere vel diſpenſare ✠ aut ſe intromittere circa iuramen
179 tum, ut per Alexandrum in conſilio uigeſimoſeptimo co
lumna finali in primo uolumine, Felin. in dicto capitulo
ſecundo columna decima in verſiculo tertia concluſio. Ia
ſon in lege finali. ff. qui ſatiſdare cogantur Brunum in di
cto conſilio quadrageſimoſexto & Bologninum in con
ſilio trigeſimoprimo.
Quomodo autem poſſit excuſari a pœnis iſtius legis
impetrans reſcriptum ✠ a principe ſeculari ponit hic pul 180
chre Aquen. penultima columna poſt Alber. & aliquid
dicemus circa finem commenti.
Gloſa in uerbo infamia diuiditur in duas partes, prima
colligit nota & allegat concordantem, in ſecunda quę eſt
ibi, & ſic opponit, & ſoluit aduerte quomodo lex quo
tiens allegata pro concordanti probet, gloſa uoluit indu
cere illam legē in ſecunda parte, dum loquitur in crimina
libus, & ſtatuit ꝙ non ſeruantes iuramentum priuentur
dignitate ſed de infamia nihil poteſt dici ✠ illud ideo eſſe 181
quia infamibus portæ dignitatis non patent, lege ſecun
da. C. de dignitatibus libro duodecimo, & capitulo infa
mibus de re. iur in. vi.
Et ſic uidetur probari ꝙ periurus eſt infamis et propte
rea dignitate priuatur.
Sed ſi ita eſt cur diuerſum ibi fuit ſtatutum in non ob
ſeruante iuramentum in cauſis ciuilibus turbauit ille tex.
in prima parte ſpiritum meum.
Eſt enim doctrina gloſæ in lege lutius hic in gloſa alle
gata quæ ibi, & hic communiter approbatur ꝙ ueniens
contra ꝓmiſſionē, & contra iuramentum efficitur infamis
vt in lege noſtra ſecus ſi contra iuramentum tantum di
cta lege lutius. contrarium uidetur probari in dicta lege
quotiens in prima parte ubi ille qui ꝓmiſit de iudicio
ſiſti in cauſis ciuilibus, & iurauit, non efficitur infamis
patet quia non priuatur dignitate quæ, ut dixi infami nõ
competit.
Credo ꝙ ibi non obſeruans iuramentum non ſit infa
mis eo quia ſolum venit contra iuramentum, iurat enim
ꝙ ſiſtet in iudicio propterea ſi non obſeruet ſolum uenit
contra iuramentum, ideo non efficitur infamis dicta lege.
lutius: ad quæ vide ꝙ poſt Baldum ſcribit Felinus in ca
pitulo teſtimonium columna ſexta uerſiculo, & ſi dicere
tur teſtis de teſti.
✠ Ex quo infertur ꝙ in dicta lege quotiens in ſecun 182
da parte non priuatur ille qui non obſeruauit iuramen
tum dignitate eo, quia incurrat infamiam cõtrauenienndo
promiſſioni, & ſacramento, vt ibi uoluerunt gloſa Bart.
& alii ſcribentes, quia ſi iſtud eſſet uerum pariformiter in
prima parte legis debuiſſet idem ſtatui, & vt dixi ibi ſolũ
venit contra iuramentum, et iuratoriam cautionem de iu
dicio ſiſti non contra promiſſionem declarando, ut per
Baldum, & Felin. loco præallegato quicquid gloſa et do
ctores dicant in dicta lege quotiens & puto ꝙ ibi in ſecũ
da parte legis priuatio dignitatis fiat non propter infamiã
per prædicta ſed quia in criminalibus agitur de maiori
præiudicio quam in ciuilibus ideo lex ibi uoluit grauius
punire fallentem fidem ſuam iuratam in criminalibus, ꝙ̃
in ciuilibus, cogita quia iſta ſunt noua.
Gloſa in uerbo actione exponit ideſt perſonali ✠ quã
remiſit quam declara, vt per Parpaleam in decimotertio 183
notabili, vbi etiam nota gloſ. iſtam iuncto text. ad hoc ꝙ
appellatione actionis intelligitur de perſonali quod vult
dicit ad ſtatuta facit textus notab. iuncta gloſa in lege au
relius in. § meuia. ff. de lib. lega. ubi in ✠ generali remiſ
ſione non includuntur iura realia. & ea quæ poſſunt uen 184
dicari. de quo uide Alexan. in conſilio centeſimoſeptua
geſimo, columna ſecunda in ſecundo uolumine Iaſ. in inſti.
de actio. colum. antepe. ad fi. & in. l ſub prætextu ſpecierũ
col. ii. ſ. eo. titu. & Cor. pulchre limitantem conſilio. xxix.
in. i uolu.
Gloſa in uerbo proprietate quia duæ præcedētes ſunt
in text. expeditæ diuiditur in tres partes. in prima dupli
citer exponit, & declarat tex. in verbo proprietate in ſecũ

de ponit rationem quare iſte pœnæ applicētur parti ob-
ſeruanti in tertia opponit, & non ſoluit ſecunda ibi. & ꝙ
hic habet. tertia ibi, argumento contra pro declaratione
iſtius gloſæ, vidēda ſunt quæ ſcripſimus in decimoquin-
to notabili.
In ea gloſa ibi in odiū periurantis, et ſic imponūtur pœ
næ iſtius legis propter periurium, & conſequenter, vt in-
currantur, dolus requiritur ſine quo periurium non com
185 mittitur * ita Bald. in lege obſeruare in. §. proficiſci colūna
tertia. ff. de officio proconſul. & lega. & aliquibus rōnibus
corroborat Iaſon in lege qui iuraſſe in principio ff. de iu-
reiurando, & in lege videamus in principio ff. de in litem
iuran. & etiam conſulendo in primo volu. in cōſi. cxviii.
columna finali, & in conſi clxxix. lib. ij.
186 Contrariam opinionem ꝙ immo * ſufficiat culpa te-
nuit Iaſon ſupra columna prima & in lege in actionibus
columna quinta ff. de in litem iuran.
Mouetur primo quia vbi pœna imponitur ipſo iure,
vt hic ſecundum quod ꝓbat tex. in verbo mox. tunc ſuf-
ficit lata culpa lege liberorum in. §. notatur cum gloſa, &
Barto. ff. de infa.
Secundo per deciſionem Bald. in capitulo licet per illū
tex. ſi de feu. fue contro. inter dom. et agnat. cum aliis per
eum hic adductis, & latius in dicta lege videamus, & in
dicta lege qui iuraſſe.
In quibus locis concordando opinionem diſtinguit,
vt quo ad incurrendum periurium ſufficit lata culpa, vt
in deciſionibus per eū allegatis, quo vero ad pœnas per-
iurij requiratur dolus. ita procedat dictum Baldi. ſ. relatū
& ſequuntur hanc diſtinctionem Moder. appoſtillantes
Paulum de caſtro in dicta lege qui iuraſſe.
Sed confunditur per fundamentum Iaſ. ſ. relatum quia
ex quo pœna infamiæ, & priuationis actionis hic impo-
nitur ipſo iure dicendum eſt ſufficere culpam per not. in
dicto. §. notatur, & ſic quantum ad pœnas periurii debet
ſufficere culpa ſi fundamentum prædictum procedit.
Sed contra dictum Baldi tenet etiam Parpalea. j. in ſe-
xta quæſtione ubi dicit ſe ita conſuluiſſe Mouetur quia ſi
iſte tex. intelligeretur ſolum quando dolus interuenit nō
eſt veriſimile q. imperator exciperet perſonam minoris
ratio quia minori aduerſus dolum non ſuccurritur gloſ.
in lege ſi quis in tantam C. vnde vi.
Secundo quia quando lex imponit pœnam, & de do
lo nullam facit mentionem intelligitur etiam de culpa
187 * dum modo non agatur de pœna corporali. Alexand.
poſt Baldum in lege tertia in. §. ꝙ prætor per illum tex. ff.
ne quis eum qui, in lege noſtra nō agitur de pœna corpo
rali ergo.
Ab opinione tamen Bald. nequaquam eſt recedēdum,
quum ſit communiter approbata, vt hic vid. columna di
cit Aquenſ. & Iaſ. in locis præal. & Deci. in præalleg cōſi.
cccclii. colum. prima, & præſertim vt magna huiuſce legis
aſperitas eo modo temperetur.
Ad motiuum Iaſ. de dictis in. §. notatur dicas non eſſe
verum ꝙ pœnæ hic imponantur ipſo iure, vt ſupra di-
ximus.
Quia tamen Doc. communiter uolunt ꝙ pœna infa-
miæ, & priuationis actionis imponatur ipſo iure, ut dixi
in. xviii. nota. ideo generaliter reſpon. quod ubi lex pu-
nit factum quod importat dolum tunc lata culpa non
188 ſufficeret * ita Bartolus in lege prima. § primo columna
finali verſiculo iuxta hoc quæro. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe
iuſſus fue.
Quum igitur iſta lex puniat periurium quod ſine do-
lo eſſe non poteſt, vt dictum fuit, nimirum ſi culpa non
ſufficit.
Ad primum motiuum Parp. reſp. ꝙ immo minori ad
189 uerſus dolum in omittendo, * & ſic in non adimplendo
ꝓmiſſa ſuccurritur, lege prima in. §. ſi. ff. de eden. quæ ſol.
ex toto non ſatisfacit quia aduerſus dolū qui conſiſtit in
cōmittendo non ſuccurritur minori, ut dixi in ſecūdo nota
bili, & lex noſtra etiam de eo loquitur, patet ibi interpel
lando iudicem uel ſupplicando principibus. Ideo gene
ralius reſp. ꝙ iſta lex eſt valde pœnalis odioſa & rigoroſa
ut in ſuperioribus diximus ideo noluit includere mino-
res. xxv. annis qui contractui iurato contraueniunt pp lu
bricum ætatis, & infirmitatē conſilii iuxta tex. l. primæ. ff.
de minor. Et ꝙ in propoſito noſtro. l. ſuccurrat minori
aduerſus dolum probatur, quia nō obſeruans contractū
& nō adimplens ſeu cōtrauenìens dicit eſſe in dolo * text. 190
eſt in. l. dolus ff. manda. & in. l. ſi procuratorem in. §. dolo
illo eo. tit. & tamen. l. iſta ſuccurrit minori contrauenienti
ergo. Ad aliud motiuū Parp. reſp. patet ex prædictis
quia ex quo lex punit periurium quod importat dolum
ut dictum eſt, ideo culpa non ſufficit, vt diximus. Et te-
nendo hāc opi Bald. & communem inferri poteſt in pra-
ctica ad aliquas no. quæſtiones, ut per Parp. in. vi. q. &
dum ponit ꝙ ille qui ad euitādum pœnas iſtius l. allegat
aliquam cauſam debet probare propter illam ſe motum
fuiſſe ad contraueniendum adde pulchre Aquenſ. in. l. iu
ſte poſſidet ad finem de acquir. poſ. Iaſo in conſi. cxviii.
col. ii. lib. primo, & Deci. in conſi cccclil. col. ii.
Nunquid autem * agēs ad pœnas iſtius. l. debeat ſerua 191
re ſolennitates. l. libellorum. ff. de accuſa. eo quia arguitur
dolus, & incurritur infamia Parpal. in. vii. q tenet ꝙ ſic
cum limitatione, & iſta eſt communis concluſio ſcriben-
tium. Contraria tamen opinio uerior eſt in puncto iu-
ris * quia ex quo agitur ciuiliter licet actio deſcendat ex 192
crimine non eſt neceſſaria ſolennitas d. l. libellorū, ita con
ſuluit Soci eleganter in conſi. clx in iij uol. Et hanc opi.
defendi in. l. edita in materia emēdationis ſ. de eden. In
ea. glo. ad ſi. ibi argumen. cōtra de l. cum proponas ſolue
ꝙ eſt hic ſpeciale in odium deierantis ſecundum Sali. hic
columna fin. & glo. in. d. l. quum proponas latius dixi ſu
pra in princi. in ratione decidendi ad. l. noſtram.
Glo. ſuper uerbo conſecutus tenet hanc. l. ita habere lo
cum in reo ſicut in auctore, & approbatur communiter,
ut hic pulchre per Aquenſ. & parpa. col. ſi. ubi id proce-
dere per punctum rationis probant.
In gloſ. ſeruauerit ibi. l cū par. §. illi * nota ex ea ꝙ agēs 193
ad pœnas iſtius. l. debet eſſe cautus, ut probet ſe perfecte
adimpleuiſſe ex parte ſua, alias ſuccūberet, vide hic Parp.
in. viii. & x. quæſtione. Aquen. col. ſi. limitantem Barba.
conſil. xv. col. iiij in. i. vol. Deci. in. d. §. illi & Cor. ita late
conſulentē in conſi ccxlvi. in. iii. uolum. in quibus locis di
cunt Docto. q. iuramentū ſuppletiuum non admitterē.
Quis aūt debeat ꝓbare contrauentionem ponit Parp.
in. d. q viij. dicens ꝙ non poſſet decidi qđ dato iureiuran
do ſcdm formam. l. manifeſtæ turpitudinis. ff de iureiu.
ex quo requiruntur liquidiſſimæ probationes, ut per eū
qui in ſi. dubitat eo quia illa lex locum habet etiam in pœ
nalibus ut per Alex in. l. tertia ff de iureiurando. Ego
arbitror * ꝙ omnino admittatur dictū iura. de quo in le- 194
ge manifeſtæ turpitudinis propter eius generalitatem, et
omnia allegata per Parpal loquuntur in iuramēto neceſ-
ſario in ſupplementum probationis deferendo, quod non
habet locum ubi requiruntur probationes liquidiſſimæ,
vt per Iaſonem in lege tertia in principio in tertia, & quar
ta col. ff. de iureiurando non autem in iuramento de quo
in dicta lege manifeſte, quod poteſt acceptari uel referri,
et ꝙ habet etiā locū ubi iuramentū ſuppletiuū non poteſt
deferri eo, quia deſiderentur liquidiſſimæ probationes,
patet in cauſa matrimoniali in qua non admittitur dictū
iuramentum ſuppletiuum, ut per Iaſonem loco proxime
allegato col. ſi. & tamen bene admittitur iuramē. de quo
in lege manifeſtæ, ut etiam quotidie uidemus in practica
fieri de conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres le
ge ſi de interpretatione. ff. de legibus, & ſic etiā ubi liqui-
diſſimæ probationes requirūtur admittitur tale iuramen
tum, & ſi pars non uult iurare ſibi imputet, niſi aliquam

iuſtam cauſam recuſandi haberet, locum, dicta.l. manife-
ſtæ ut ibi per Bart.& doc.ponentes quæ ſint illæ iuſtæ
cauſæ recuſandi iuramentum.

Iuxta prædicta bene no.q͛d pp minimã contrauentio
nem incurruntur pœnæ iſtius legis pp iuramentũ vt hic
per Parp.in.xi.q̃one. faciunt multa quæ ponũt Lancel.
Deci.& Aquenſ in lege cum proponas la ſecunda.C.de
pact.vbi uolunt regulam illius legis non ſeruanti non ſer
uandum, procedere etiã ſi in minimo nõ ſit ſeruata fides,
195 & multa in quibus curatur de minimis ✠ accumulãt Mo
der.aſt.in trac de ſtat.exclu.fem.a ſucceſ.artic.ix.col.pen.
& Dec.in ca de appellationibus extra de appel. In op-
poſitũ poſſet adduci q͛d tradunt dicti Moder.loco præal
leg col.ii.vbi uolunt q͂ propter minimam contrauentio-
nem non ſit trahenda fides nec ꝓcedat regula dictæ legis
cũ proponas, allegant Bald.& Ioan.de anna.ita tenentes.

Sed quicquid ſit in terminis dictæ legis cũ proponas,
quia punctus ſtat in hoc an & q̃n ſit curandum de mini-
mis, quę materia eſt brocardica, & diuerſæ dantur diſtin
ctiones a doc.vt per dictos Moder.& Deci.in locis proxi
me allegatis. In terminis noſtris certum eſt ob iuramen
tum quãlibet minimam contrauentionem facere incurre
re iſtas pœnas, vt per Parpal.

Et eodem modo, vt incurrantur pœnæ iſtius legis req̃
ritur q͂ ad plenum per alteram partem ſint adimpleta cõ
uenta, alias nõ haberent locum, vt uult hic tex. in illis uer
bis qui intemerata pacti iura ſeruauerit, & conſuluit Cor.
conſi.ccxlvi.col.ii.in.iij.uol.& quando aliter impleri non
poſſet prouidendum eſſet per cautionem de idẽnitate, vt
poſt Decium tradit Bald.in lege ſi pater infra de colla.

Illud etiam eſt certum q͂ data inobſeruantia in vno ca
196 pitulo tota conuentio redditur inobſeruanda ✠ Paulus de
caſtro conſilio.dxxxviii.col fin incip.videtur q͂ prædi-
ctus in antiquis Socinus conſi.dxii.col.fi.& Brunus con
ſilio.xlviij. Notandum eſt etiam q͂ data contrauentione
197 ✠ ille qui obſeruauit põt impune cõtrauenire, & pœnas
iſtas petere, vt per Parpaleã & Aquen.hic col.fi.et Felinũ
in cap.tertio col.ij.de iureiurando, faciunt quæ diximus
in dicta lege cum proponas.

Si tamen poſt contrauentionem ille qui obſeruauit ali
quid reciperet a reo ꝓ implemento cõtractus, non poſſet
198 agere poſtmodum ad iſtas pœnas quia uideretur ✠ morã
& caducitatem remiſiſſe argum tex.in lege poſt diem.ff.
de lege commiſ.ut per Alexandrũ conſilio decimoquar
to col fi.in ſecundo volumine, & Parpal.hic columna fi-
nali de quo uide Romanum in conſilio uigeſimoſepti-
mo circa finem, Paulũ de caſtro in conſilio.centeſimotri-
geſimonono in antiquis, Alexandrũ cõſilio centeſimode
cimo in quinto uolumine, Aretinũ, pulchre conſilio cẽte
ſimoquinquageſimo columna penulti.& finali, & Deciũ
cõſilio centeſimooctuageſimoquinto in duabus ultimis
columnis, quæ omnia ſigna ad dictam legem poſt diem
vna cũ deciſione Salice, in lege commiſſoriæ. C.de pactis
inter emptorem, & venditorem, unum tamen diligenter
notabis in actu practico circa materiã dictæ legis cũ pro-
ponas diſponentis non eſſe obſeruandam conuentionem
non obſeruanti. Quod ſi inter titium, & ſeium in diuiſio
ne domus inter eos communis cõuentum fuerit, q͂ titius
murum dictas domos diuidẽtem altius tollere eleuareq;
poſſet Et q͂ teneretur obturari facere quaſdam feneſtras
in alio muro ibi propinquo exiſtentes, q͂ non fecit niſi
poſt cœptum iudicium ſuper eleuatione prædicti muri
iam facta. de qua re quum controuerteretur opponere-
turq; id titium virtute aſſertæ cõuentionis facere non po
tuiſſe, ex quo illã non obſeruauerat obturari faciendo prę
dictas feneſtras niſi tarde & fraudulenter poſt cœptã litẽ.
Et ſuper ea controuerſia cõſulentes cõtrarii fuiſſent. Ego
dicebã non obſtare exceptionem inobſeruantiæ, quũ fe
neſtræ tũc repletæ obturatæq; eẽnt nec titius antea in mo
ra conſtitutus nõ apparente de interpellatione neceſſaria

ut promiſſum factum adimpleretur. quandoquidẽ factũ
promittens nullo tpe ad implemẽtum adiecto ad hoc ut
teneatur ad pœnam ſi promiſſa fuerit caſu quo promiſſa
nõ impediantur aut propter morã obligetur ad intereſſe
quod ſuccedit in obligationibus facti iuxta l.ſtipulatio.
non diuiduntur.ff.de uer.obli.neceſſaria eſt interpellatio
qua in mora conſtituatur ꝓmittens, ut notat Bartol.per
illũ tex.in.l.ſi duo in § ait prætor in uerſiculo hæc autem
uerba.ff.de conſtituta pecunia, niſi enim quis interpellet
non dicitur per eum ſtare quominus quod ꝓmiſit faciat
ſecundum Oldradum in conſi.ccxlii.col.ij.Bart.& doct.
in.l ita ſtipulatio.la grãde ĩ ſeptima oppoſitio. primę par
tis.ff.de uerb.oblig.& Deciũ in lege quod te col.iij ff.ſi
certũ petatur hinc eſt q͂ in terminis §.offerri legis iulianus
ff.de actione empti niſi opponatur de non implemento
procedit iudicium ut ibi declarat Paulus de caſtro Alex.
& alij in lege filiæ licet.C.de collatio.quicquid dixerit De-
ci.ibidem & in conſilio.cccxxi & ideo in propoſita ſpe
cie, ubi promiſſum fuerat factũ nullo tpe adimplendũ ſta
tuto interpellatio neceſſaria fuerat aut peti debebat a iudi
ce ut intra certũ terminũ competentẽ ab eodẽ ſtatuendũ
q͛d ꝓmiſerat feciſſe deberet & adimpleuiſſe promiſſa. ita
conſulendo tradit Soc.in conſi.xxxiiii.col.fina libro j.

In glo.finali ibi.l.ſcda C.de rebus creditis glo. ibi ad fi
nem formauit etiam iſtud contrarium & ſoluit q͂ loqui-
tur de alio iuramento ſequitur ibi Bald.dicens q͂ iſta lex
loquitur de iuramento interpoſito ſuper aliquo contra-
ctu cuius cõtẽptus facit incidere in pœnas iſtius legis ſed li
tera contraria loquitur in iuramẽto litis deciſiuo, quo da
to nihil aliud quæritur ſed ſolũ Deũ habet ultorem facit.
l.non erit in.§.dato.ff.de iureiurando.

Nunquid autem in caſu dictæ legis ſecũdæ &.§ dato
pars periurauit poſſit iudex inquirere & punire de periu-
rio dixi.ſ.circa finem duodecimi notabl.

Extra glo.quæro. ✠ An diſpoſitio.l.noſtræ procedat 199
etiã in hærede? eſt utilis & difficilis q̃o in qua Parpal. hic
in.v.q.diſtinguendo facit tres caſus. Primus eſt in perſo-
na hæredis illius cui eſt facta contrauentio per illũ qui iu-
rauit, & concludit eum poſſe agere ad iſtas pœnas quia
ſolum conſideratur iuramentum contrauenientis & iſte
caſus nõ habet dubium quia ſicuti defunctus poterat pe-
tere iſtas pœnas quas incurrerat contraueniens ita etiam
eius hæres qui in uniuerſum ius ſuccedit l.hæreditas.ff.de
regulis iuris nec ratio ſubeſt. cur ius conſequendi has pœ
nas non tranſmittitur ad hæred ſicuti tranſmittuntur alia
iura iuxta.l.cum hæredes.ff.de acquiren.poſ.

Sed dubium maius eſſe põt ſi cõtrauentio facta fuiſſet
hæredi illius, cũ quo contractus iuratus initus fuerat. et ui
debatur has non poſſe petere, q͛a ex parte recipientis in ſe
cundo non eſt reale ✠ ut per Bald.in lege ſed ſi hac.ff.de in 200
ius uocando, ubi dicit q͂ ſi iuraui.e. ſoluere titio & titius.
alteri ceſſerit iura ſi non ſoluo illi periurus non ſum & ſe-
quuntur ibi alii Idem ergo in hæreditate illius cui eſt iura
tũ quicquid ſentiat hic Parpa.in primo caſu niſi creditor
recepiſſet iur.pro ſe & hæred.ſuis ut per Iacob in trac.de
feu.in uerbo qui quidem inueſtiti co.x.uer.quæro ſubſe-
quenter & Abb.in.c veritatis col.ii.de iure iuran.

Secundus caſus an defuncto contraueniente qui iura-
uit eius hæres poſſit ad pœnas iſtius.l.conueniri & con-
cludit q͂ ſic excepta pœna infamiæ per.l.grauius in fi.ff.
ad ſylla.uide pulchre Aquen.in.l.iij.in.§.q͂ autem.ff.q͛d
quiſque iuris.

Tertius caſus magis dubius quando hæres ipſe eſt ille,
qui contrauenit contractui iurato per defunctum an inci
dat in pœnas iſtius.l.& concludit Parpalea ſecundum opi
nionem, quam credit ueriorem q͂ non: quia iuramentũ
eſt perſonale, nec tranſit in hæredem, ſed ſolum ligat per-
ſonam & animam iurantis. ✠ capi.ueritatis ubi cano. de 201
iureiuran.

Contrariũ tamen conſulendo tenuerũt Ange.& Pau.
de caſt.

de caſt. ab eo relati quorum opinio forte in practica ſer
uaretur dicit Parpal.

Mouetur Ange. quia hæres & defunctus cenſentur
eadem perſona. Item dicit iſtud ſaltem non poſſe nega-
ri quando defunctus iuraſſet per ſe & hæredes ſuos non
contrauenire.

Tertio mouetur Paul. de ca. in conſ. lxvi. col. ii. in anti
quis, eo quia notata in. d. c. veritatis non procedunt qñ
iura. interponitur ſuper aliquo contractu ad hæredes
tranſitorio, quia ſicuti tranſit cõtractus, & eius effectus,
ita pariter iuramentum tanq̃ ſequella contractus ✠ alle-
202 gat textum notabilẽ in l. ſeruus ſi hæredi in § .ff. de ſta-
tu liberorum. ſequitur Soc. in conſ. xxxviii. in. iii. uolu.
& Baueria in tractatu. de uirtute iuramenti caſu. xlv.

Pro iſta opinio facit, quia iuramentum nõ tranſit ad
hæredes, quia in iſtis ſpiritualis ligatur anima quæ ſine
proprio conſenſu ligari non põt ſm Abbatem in. d. c.
veritatis col. ii ſed qñ aliquis addit hæreditatem adhibet
conſenſum ſuum & ſe obligat ac implicat oneribus hæ-
reditariis lege ſi duo in fine. ff. de acquiren. hæreditate er
go adeſt proprius conſenſus quo ligatur, & ideo cõtra-
uenire non poteſt citra incurſum periurii non petita, &
obtenta abſolutione a iuramento ſecundum Soci-
num ibi.

Ego. dicant, iſti quicquid uelint non recederem a pri
ma opinione cuius fundamentum non eſt in arena ſed
in tenaci calce poſitum quod iuramentum ex parte iu-
rantis eſt perſonale ſolum ligat, ut dixi animam iurãtis,
* ut etiam tradunt late Feli. in c. quum ſit col. v. & ſeq.
203 de foro competenti, Iaſon in lege lecta col. vi. ff ſi cer-
petatur, Guido papæ in. q. quadringenteſimadecima-
quarta, & Corne. conſ. ccxlvi col. ii. uolu. iii. dicens, q il
le qui non iurat non incidit in pœnas iſtius legis. ſi iura
mentum non tranſit, non poteſt periurium cadere quũ
non entis nullę ſint qualitates & conſequenter non in-
currentur iſtæ pœnæ quæ ob periurium infliguntur, ut
in ſuperioribus eſt dictum.

Ad rationem Angeli de vnitate perſonæ quæ eſſe
cenſetur inter defunctum & hæredem reſpon. q lex ani
mam ligans fundata eſſe debet in ueritate non in fictio-
ne, ut declarat Ioan. andre in capitulo quanquam el ſe-
cundo de uſuris lib. vi. & Socinus in lege gallus in §. idẽ
credendum, col. ii ff. de liberis & poſthumis, & ſic locũ
non habet reſpectu iuramenti, q in hæredem non tran
ſit nec eius animam tangit, quum ficte eadem cenſeatur
perſona.

Secunda ratio Ang. falſa pariter eſt, quia licet defun-
ctus pro ſe & hæredibus ſuis iuraſſet adhuc tamẽ præ-
dicta ꝓcederent quia iuramentũ in hæredem non trãſit
* vt per Feli. in. d. c. quum ſit generale col. vi. uerſi. am-
204 plia etiam, & Phil. fran in capitulo fin. col. prima de fo-
ro compe. libro ſexto.

Tertio non obſtat conſideratio Paul. caſtren. q iura-
mentum debet tranſire tanquam ſequella contractus
per legem ſeruus ſi hæredi, quia reſpon. q non loquit
in iuramento requirente formalitatẽ uerborum & ſpeci
205 ficam expreſſionem eius, qui ligari debet * vt declarant
Butriga. & Abbas in capitulo penultimo per illũ textũ
de iureiuran. Socinus in ꝑalleg. §. idem credẽdum, col.
ſecunda, & Decius in. l. ſemper in ſtipulationibus circa
finem ff de regu. iuris.

Ex quo reſpõ. patet ad aliam rationem de cõſenſu adhi-
bito, non enim cum iuramento ex quo non fuit expreſ
ſe præſtitum.

Per quæ pariformiter demonſtratur, * q hæres iura
206 tum a defuncto contractum reſcindere uolens abſolu-
tione a iuramento non indiget, quicquid Socinus ſupra
relatus dixerit, ut tenuit hic Parpal. in princip. quintæ
quæſtionis Felinus in dicto capitulo cum ſit generale,
columna ſexta poſt Baldum, & Salicetum ibi relatos,
& philippus. Franc in capitulo fina columna prima, de
foro competen. lib vi.

Quamuis negandum non ſit ✠ ſecũdum præfatos, 207
& Corſetum in repetitio. rubr. de iureiurando, in uigeſi
moprimo ſpeciali Guido Papę quęſtione quadringen-
teſimadecimaquarta, & Corne. conſi. centeſimoduode
cimo uolumine quarto, contractum iuratum ad hære-
dem tranſire quantum ad robur & firmitatem contra-
ctus, quia uires q robur aſſumpſit de præterito ab ini-
tio & ex perſona hæredis robur contractus non muta
tur.

Infertur etiam utiliter ex prędictis in practica, q licet
ille qui iurauit ✠ poſſit coram eccleſiaſtico iudice rõne 208
iuramenti conueniri, ſecus tamen eſt in eius hærede ut
per Felinum in dicto capitulo cum ſit generale, colum
na quinta pulchre Bald. in lege prima columna final. C.
de rebus creditis Guido papæ quæſtione quadringen-
teſimadecimaquarta, Abbas in capitulo ueritatis, colũ
na ſecunda, de iureiurando, & in capitulo fina. columna
ſecunda de ſepulturis Romanus in ſingula. ſol. xi. colũ.
tertia ſingula. incipien. tu habes ubi dicit q ſi fuiſſet in
conſiſtorio Papæ determinaſſet contrarium. idẽ tenuit
Barbat. in dicto capitulo cum ſit generale charta ante-
penultima, & ſequenti dicens, q ita cõſuleret, propter-
ea Ducalis Sabaudiæ Senatus citra montes reſidens ſer-
uat opinionem Roman nam uirtute iuramenti retinet
coram ſe cauſas pro prima cognitione etiam contra hæ
redem iurantis ſicut contra ipſum iurantem eo, q uir
tus contractus iurati tranſit etiam ad hæredem, qui tene
tur ad obſeruantiam contractus iurati.

Limitat prædictam concluſionem Brixienſis in re-
pertorio in uerbo iuramentum columna quinta poſt
antiquos niſi cœptum fuiſſet iudicium cum defuncto,
quia tunc etiam hæres cõueniretur coram eccleſiaſtico.

Sed iſtud non eſt tunc ratione iuramenti ſed eo quia
ubi cœptum eſt iudicium ibi finiri debet l. vbi cœptum
cum ſimilibus ff. de iudiciis.

Secundo limita * ut ſingulariter per Abb. in dicto ca-
pitulo cum ſit generale, & in capitulo fina. de ſepultu. 209
niſi agatur indirecte contra hæredem implorato eccle-
ſiaſtici iudicis officio, ut hæres ſatisfaciat exonerando cõ
ſcientiam defuncti qui iurauit per dictum capitulum fi.
ſequitur Felin. in dicto capitulo cum ſit generale. colũ-
na ſexta reputans ſemper not. & non in merito q̃a hoc
modo poſſet ſemper iurantis hæres coram eccleſiaſtico
conueniri & ſic uis eſſet in practicando.

Sed Guido papæ quæſtione. ccccxiiii. tenet contra
Abbatem dicens ſic ſæpe vidiſſe inter dominos parla-
menti determinari non tamen bene refert Abb. prout
ipſe loquitur quando ageretur indirecte modo prædi-
cto, nec reſpondet ad iura Abbatis.

Inuenio etiam q Philip. Franc. in capitulo fina. colũ-
na ſecunda de foro copeten. lib. ſexto, reprobat dictum
Abbatem, quia nec actione ex eo contractu ratione iu
ramenti iurantis hæres coram eccleſiaſtico cõueniri po
terit, nec officio iudicis ratione iuramenti, quando au-
tem eſſet talis cauſa ex qua hæres compelleretur animæ
defuncti ſatiſfacere tunc non aſtringeretur ratione iura-
menti defuncti, ſed ratione cauſæ quæ pertineret ad fo-
rum eccleſiaſticum iuribus allegatis per Abbatem.

Et placet magis hæc opinio. ne indirecte concedatur,
q directe prohibitum eſt, contra regulam quum quid
impetr.&.l.ſi quod ex pāphila.cū ibi not.per Bar.de leg.
ii.ut hic per Sali.col antepe.& fiet executiue abſque libro
ut per Bart.in l creditores col.fi.infra de pign. Venio nūc
ad liquidationē & declarationē exiſtimationis faciendæ
258 per æſtimatores quæ materia cotidiana eſt *.cōis eſt iſtā
poſſe fieri per eſtimatores ad hoc electos.§. hic illud dicta
l.hac edictuli j de ſecū.nup.ut ꝑ Bart hic & in.d.l.credito
res.col.fi.& in l.theopom de dote præleg.Pau.hic in fin.
Sali.col.antepe.Ang.in d §.ſiquis agēs.col.iii.Are.in cōſi.
lxxxiii.quia multa col.pe. Alexan.in.d.l.pretia.col.ii.ubi
Herc.vii.Aret in.d.c.cū cauſa, & Cur iun.in conſil.clxv.
col.pe.Qui quidem eſtimatores primo debent iurare de
eſtim.legaliter faciēda ſm Bar.& præal.ꝑ.d l.cōparatiōes
cū gl.ō.de fidei inſtr.Inde ſe informare de q̄litatibus rei et
eſtimare iudiciq; referre qui iuxta p̄dicta ꝓcedet. Et quū
huiuſmodi eſtimatio oculo potius intellectus quā corpo-
rali fiat & ſic magis hēat uim iudicii q̃ teſtimoniū iſti eſti-
matores debent eſſe in negocio ſuper quo deponunt peri
ti ſm Aret.& præal.Immo.Bart.hic.Sed moueo pulchrā
dubōnem ad quē ſpectabit & pertinebit electio & depu
259 tatio prædictorum eſtimatorum * Bar.& Sali. hic Alex,
Ang.Fel de Are.& præal.& Feli.in.c. ueniens el primo
col.fi.de teſt.id ad iudicem pertinere uolūt, pro qua opi.
uidetur tex.in.d.l.fi.in fi.de iur.do.imper. &.in.l ſi quod
ex pamph.cū not ibi per Bart.ff.de leg.ii.ut.l.& tantum,
pe ff.de ſer.cor.ubi patet id fieri poſſe per iudicem ergo et
per eſtimatores ab ipſo electos per regulam poteſt quis
per alium de reg.iur.in.vi.cum accumulatis per Dec in.c.
eccleſia, col.viii.de conſtit.Et quod ipſo iudex eligat uide
tur tex.in d.l.comparatio.tamen glo.ſuper uerbo ab iis.
Bart.in.d.l.Creditores.col.fi.alternatiue & obſcure loqui
tur quod partes eligāt uel ipſe iudex, ſed text.d.§.his illud
uult electionē pertinere ad partes ibi quos utraque pars
elegerit et not.ibi Bal.i.ii.col.electionem eſtimatorum ad
partes non ad iudicē pertinere partibus uero non eligenti
bus poſſe id facere iudicē per.l.fi.ſupra de iudic. faciunt q̄
ibi in.ii.col.cōgerit.Iaſ.idē uoluit Bal.hic in pen.colū.Sed
not.reſpō.ad alleg.ſupra in contrariū. Et ad text.præal.§.
his illud dici poſſet nō negare quin iudex, ut poteſt per ſe
id facere iuxta prædicta.ita etiā nō poſſit per eſtimatores
a ſe electos ſi uoluerit, uel aliter & ſubtilius reſpō.pōt, qđ
ille tex.loquitur de extra iudiciali eſtim.nos uero de illa q̄
fit de re in iudicio exiſtente De conſuetudine obſeruatur
qđ mādāte iudice fit electio eſtimat.a partibus iuxta tex.
d.§.his illud & ita eſſet tunc ſeruandum.l.ſi de interpreta-
tione cum multis præcedentibus & ſeq.ff de legibus. Et
ipſis partibus diſcordantibus iudex ipſe ponat neutri par
tium ſuſpectos ſm Bald.ad fi.d.l.fi.Et ſi eſtimatores di-
ſcordent deuenien.eſt.ad elec.tertii. iudice tanq̃ compul-
ſore non tanq̃ electore interueniente.ut hic per Bal. per
ſeun dem & Sali.in.d § his illud faciunt.dicta Alexan.in
.inter pares.ff de re iud.oēs.Mo.in § ſi ſtipulanti l 1 ff de
uerb.obli.Circa quā materiā * primo ſcien eſt qđ relatio 260
ni faciendæ per dictos eſtimatores nō requiritur qđ pręſ
ſint præſentes prout requiritur in electione & conſtitutio
ne etiam a iudice facienda uel quod fuerint ad id citate. ut
per Bald.in.d.§ his illud col.ii rationē differentiæ aſſignat
Bart.in.d.l.theopomp col.fi.& Feli in.d.c.ueniens el pri
mo col.fi.Scđo not.eſt quod quando prædicti eſtimato
res locū uiſitant & de qualitatibus rei ac circunſtantiis ſe
informant partes poſſunt & debet eſſe præſentes uel mo
nite * ut poſſint dare iſormatiōis & teſtes p̄ſentare ꝓ infor 261
mationibus habendis.Bart.in.d.l. theopompus. & in.l.q
bona in.§.fi.ff.de dam.infec.& Fel.in.d c.ueniens col.fi.
Quærit Barto.loco præallega.an quādo iudex uadit uel
mittit agrimenſorem uel peritos ſtatuere debeat terminū
partibus, ut tali die & hora ſint ſecū uel cum electo ſuper
differentiæ.Et reſpon quod ſic per tex.not.in.l.iii. ſupra
fi.regū.Et quia per præſentiā partis poſſet iudex, uel agri-
menſor aliter informā ergo &c.facias igitur dicit Bar hoc
ſcribi & confici per inſtrumentum quando iudex uel pe-
ri ſunt in loco alias corruere poſſet proceſſus ait, & pro-
batur per d l.iii.cum not.per Alexand conſi.13.&.177.
columna.iii li.vi. * Et ultra præal de dicta materia rela- 262
tionis fiendæ in.de Pau de ca.in cō.ccxx.in ſiquis. Barb.
cōſi.xviij.col.ix.lib.i.Alex.conſi.cxxx.uo l.Fel in.c.i.col.
iiij de teſt.& in.c quia iudicāte de pręſcr Itē eundē Alex.
cōſi.cxiiij lib.iiij.& cōſi.47.&.91.lib.v.Tertio ſcien. * qđ 263
quū talis relatio nō fiat in forma iudicii etiā die feriato po
terit expediri, ut per Alex.in l.1.in.§.ſed excipiunt.col.ij.
ff de fer.Et ſcribi debet in actis qm contra de prob Alex.
loquēs de relatione nuncij.in.l.j.in.§.nūciatio.col.antepe.
de nou.ope nūciat.poſſet etiā fieri & dari in ſcriptis.ut re
latio nūcij.ut ꝑ Ioan.and et alios in.d.c.qm contra ubi di
cūt fieri illā poſſe ꝑ literas ſigillatas, & tūc nihil referret, li-
cet pars eſſet præſens ex quo nihil audiret, licet ij ſius rela
tionis præſentationē fieri uideret facit, quod dicit hic Sali.
col antepe.qđ vbi iudex uult facere talem eſtim. debet a
uicinis ſummere iſorm.& in ſcript.redigere.Et hæc practi
ca faciēdi ipſam relationē i ſcriptis tutior ē et honeſtior ut
conſtet de qualitate ipſius relationis.Cui nō eſt ſtañ.ſi ini
qua ſit, vt ꝑ Alex.in cōſi.præal.Quarto ſcien.qđ in mate
ria iſtius.l.eſtimatores rerū debent ſe referre ad tēpus con
tractus, qđ ut in ſuperioribus diximus atteñ.ē. * a ꝓpter 264
ſi facies rei eſſet mutata vt qa de agro aratorio factū eſt ui
netū, aut terra inculta teſtificatio eſtimatorū non attende
tur.quia quod oculus non videt teſtificari non poteſt cū
veritas quæ fugit ab oculis hominū per præſentē aſpectū
teſtimonio oſtendi nō poſſit ſm Bal.hic col.vlt.Ea ꝓpter
dicebat Ang.in.d.l.prætia iſtam practicā faciendi eſtim.
& liquidationē ꝑ eſtimatores non eſſe bonā in materia.l.
noſtræ nec ualere.obolum quia probatio eſtimationis fie
ri debet ſecundum tempus contractus ut diximus eſtima
tores autē ad hoc electi de præſentii illud uidere nequeūt
ergo

ergo æſtimatio illorũ nõ concluderet ſed Pau. de caſt hic
ad fi.reprobat Ang quia ex p̃ſenti p̃ſumitur in præteri-
tum ſi non intercesſit longa temporis diſtantia nec appa
reat alia cã extrinſeca ,ppter quam cõtingere potuerit va
riatio vt per eum,idem poſt Rap.cõmen.voluit Alex.in
d.l.pretia col.ii.vbi generalem ſaluationem ponit qñ eſti
matores eſſent antiqui , & periti adeo q̃ poſſunt habere
notitiam de qualitatibus rei valore,& ęſtimatione etiam
ſm tempus contractus,& præteritum: quid.n.repugnat
quin poſsint deponere de prædicta eſtimatione rei cuius
qualitates plene ſciunt,& cognouerunt.

Quinto non eſt ſilentio inuoluendum quod ſcribit hic
Bal in pe.col. q̃ vbi res non eſſet clara & publicatis atte-
ſtationibus , & poſt didicita teſtificata mitti poſſunt tales
ęſtimatores a iudice ad æſtimandũ rẽ qui viſa re,et proba
tionibus factis lumptisq; neceſſariis informationibus ha-
berẽ . æſtimare quia iudice id faciente vel fieri mandante
ceſſat ſiniſtra ſuſpitio ſubornationis, quæ ſolet eſſe impe-
dimento nouis deductionibus , & hanc deciſionem Bal.
ſequitur ſimpliciter Panta cremenſ hic in anrepe car.ver.
ii.pricipalis modus,et Firmia. in ſuo repertorio in verbo
æſtimatores,& ita in practica vidi obſeruatũ in ardua cã.

266 Diſpitiamus mõ * vtrũ rei æſtimatio probetur per li-
brum æſtimi, & cathaſtri facti per æſtimatores de publi-
co ad id per agen.electos p̃cipue in mã iſta Bal. hic col.fi.
Salic.Pe.Bar.in l.fi per illum tex.C.de pred nauicu.li xi.
Bal.in.l.fi.C.de mag.conuen.Ang in.d.§.ſi quis agẽs co
ii.Fabia in tract.de emp.& ven.in viii. qõ.col.fi.Moder.
peru in.d.l pretia col.vi.dicunt q̃ venditio facta ſm æſti
mationem cathaſtri,& æſtimi præſumatur iuſta vt bona
fide facta.i.iuſto pretio quia præſumitur pro eo libro a
publicis perſonis confecto,ſicut & pro quolibet actu a p
ſona publica facto l.ii.C.de off.ciu.iu c.ad audientiã cum
ibi not.de præſcrip.Mod mediol.in tract.p̃ſump.in.xvii.
p̃ſump.tertie regulariter niſi eſtimũ eſſet antiquũ aut vox
& fama publica laboraret contra æſtimũ, tanquã perpe-
rã factũ prout ego ſemel vidi in actu practice vt ibi p p̃
fatos ſcribent.& per Aret.in d.c.cũ cã col.iiii.&.v.
Alex.tñ in.d.l i. col.ii tenet q̃ non faciat plenã proba-
tionem, ſed indicium , & præſumptionem maxime vbi
æſtimum non eſſet de recenti factũ , quũ ſit res inter alios
acta ut ibi per eũ licet Bal.hic.in vlt.co.quẽ pro ſe allegat
contrarium dicat. Et iſta opinio videtur verior quia inter
æſtimatum & rẽpub . facientem bona ęſtimari res agitur
ego aliis præiudicare non debet.l.ſi vnus § ante oĩa cum
vulga.ff de pac. præterea æſtimũ fuit ſolũmodo factũ ad
effectum ſupportationis onerum pro rata quemlibet tan
gente ideo non debet ultra operari quia limitata cauſa li-
mitatum parit effectum.l.age.§.de tranſa.item quia in his
ſolet groſſo modo procedi cognita tamen.

In multis locis de publico ſunt deputati æſtimatores.
Circa * pretia equorum puta ædificiorum prædiorum
267 vulnerũ an ſint mortalia aut ne, uel ſit remãſura cicatrix.
& de ſimilibus : & tunc etiam dicto & eſtimationi unius
de publico electi ſtandum eſſet niſi fuiſſet appellatum vel
reclamatum, vt per Bart. Ange. Ioan.de pla. & alios in.l.
i per illum tex.C.de ponder. & auri. illat.li.x.aliquid etiã
tangit Math. de affli.in trac.proto.loco præal.& Bal.in.l.
ſi librarius col.i.ff.de re iur qñ autem conſtitutio fieret p
iudicem duo deputandi eſſent ſi copia adeſſet alias unus
ſufficeret vt per Bar. & præal.in.d.l.i.

268 Probatur etiam æſtimatio rei iuſta * ex taxa facta a te-
ſtatore grauante pro tali precio vẽdere, ut per Pau.de ca
ſtro in conſilio ccclxiiii.incipien. dubium in antiquis cum
aliis adductis.ſ.in.xxvi.q.

Item ſi precium eſſet taxatum per.l.vel ſtatutum. * Il-
269 lud diceretur iuſtum precium de quo partes non poſſent
conqueri ut per Bar veron.in tractatu de ſimul. contra-
ctuum,fol.tertio,in ſecunda præſumptio. cum aliis addu
ctis ſupra in primo notabi.

XLIX. quæro * utrum probata rei æſtimatione ſemi- 270
plene deferri debeat iuramentum ſuppletiuum iuxta.l ad
monendi cũ materia ff de iu.iur &.l.in bonæ fidei.ſ.co.
tit.Bal.circa fi.l.vnice ſ.de ſent.quæ pro eo dicit q̃ depo
nens ſuper æſtimatione ſingularis intereſſe deponit quo-
dãmodo, ex perita quadam: ideo probato intereſſe per
unum teſtem non deferri iuramentum in defectum pro-
bationis de quo ibi ſcripſimus.

In terminis noſtræ.l q̃ non deferatur iur. ſuppl. ei qui
æſtimationẽ rerũ non probauit plene ſed ſemiplene con-
ſuluit Alex.conſi. cix. incip. viſo proceſſu col.fi li.iiii.mo-
tus precipue eo q̃ de æſtimatione facienda veriſimili-
ter haberi poſſunt plures teſtes, quo caſu ,ppter ſuſpitio-
nẽ quæ eſt contra unum producentẽ, non defertur predi
ctũ iuramentũ ut ibi per eum, & per ſcribẽ.in.d.l.admõ.
vbi Cur ſenior.co.lxiii in.xxiii.fal.& Iaſ.car.xxvii.in ſi
lim.Mod.taur ſol.pen. co.iii ubi Ripa car. pen.co.i.in.ſi.
lim.& Dec.in.l.quatenus. ff.de re.iur.& in conſi.cccxxii.
co.ii.ſi igitur actor ad probandũ æſtima.plures teſtes pro
duxiſſet, & ſemiplene probaſſet ceſſante illa ſiniſtra præ-
ſumptione militante contra unum teſtem in tali ſubiecto
producentem deferen eſſet iuramentum ſuppletiuũ pro-
ut in aliis caſus ciuilibus propter identitatem rationis

Quinquageſimo quæro * an uenditori læſo ultra dimi
diam iuſti precii ſi nondũ rem tradiderit ſit mõ aliq̃ cõſul- 271
tũ? dic q̃ ſic: quia contra petentem rem uenditã, cõpetet
exceptio ad illũ repellendum: nã uenditor ultra dimidiã
iuſti precii læſus facta uend.poteſt per modum agendi cõ
tractum reſcindere rẽq; repetere niſi iuſtum pretium ſup
pleatur ut hac.l.ergo fortius ex eadem cã deceptionis cõ
tra agentem ad uenditionem perficiendam dabitur exce-
ptio per uulgatam regulam.l.inuitus in.§.cui damus ff.de
regu. iur . ut.l.i.in §.is autẽ.ff.de ſuperficie. item quia faci
lius impeditur quid in eſſe produci , q̃ iam productum
tollatur.l a patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vł al.iur.ſed
uendi.iam facta ut dixi reſcinditur niſi ſuppleatur iuſtum
pretium ergo fortius per excep.impediri poterit ne perfi
ciatur niſi quod deeſt iuſto pretio addatur.facit quod di-
xit Bar.ſ.in.iiii.qõ. de excep. competenti decepto anteq̃
ſoluat eamq; doctrinam ad iſtud propoſitum pondera-
uit Ruinus in conſi.lxxix.col.ii lib.primo.

Et ſi emptor taceat , & agere pro tempore forte nolit
uenditor poterit petere inſtrumentũ uenditioni. caſſari
reſtituto pretio iuxta glo.§.his qui uina.l.ex empto. ff.de
ac.emp.uel fieri ſibi inſtrumentũ liberationis iuxta.l.pecu
niæ cum no.ſ.de ſolu.& dictis per Sali.ſ.ad fi.i.qõ.

Vltimo Bal.in ult.col. * formauit not. qõnem quę, &
ſi ad præſentem ſpeculationem parum pertinens uidea- 272
tur , negligenda tñ non eſt ut perfecte intelligatur quod
de iuſto pretio hic dicitur ſtante ſtatuto uel conſuetudine
q̃ in uend.preferatur cõſors ſi ille offerat. x. pro iuſto pre
tio, & cõi ęſtimatione rei ſm aſſertionem eius alius offert
quindecim utrum præferri debeat conſors uel ne, Bald.
poſt antiquos concludit q̃. niſi tantum offerat & ſoluat
quantũ reperitur ab aliis repelli debeat : quia nõ eſt quis
compellendus gratioſæ contrahere, ſed pro pretio quod
ſine fraude ab aliis inuenitur ut hic per eum quem cõmu
niter ſequuntur doc.ut per Salice & Mod. reper.in.l.du-
dum ſ.de contrahen.emp.ultra quos uide Aret.in.c.cum
cauſa col.iii. de teſti.Fabia in tract.præall.de emp.& uẽd.
in.xx.qõ iii.qõnis principalis Iaſ. de.S. Georgio in tract.
feud in uerbo & cum pacto de non alien.col pen.Math.
de afflic.in præal.tract.protom.§.ii.inci.ut.ſ. xxx. dies in
ii.not.Iaſ in.l.qui Romę in.§ cohæredes co.pen.ff.de uer.
oblig. Deo. O.M. fauente a quo omnis ſcientia & omne
bonum deſcendit abſoluta fuit in cæleberrimo patauino
rum gymnaſio.xiii.calendas Iulias. M D X L V I I.

Laus ei ſit, qui ſupra omnes
laudes eſt.
Hierony . Cagno.

SVMMARIVM.

Pactum de retrouẽdendo tã ad tempus quã in perpetuũ permiſſum eſt, et an fructus cedãt lucro emptoris in primo & ſecundo notabili.

Pactum iſtud non eſt de retrouendendo ſed de reſtituendo fundum quæ valde differunt, in tertio notabili, numero duodecimo.

Vtrum maritus qui confeſſus fuit dotem a ſocero recepiſſe & poſtea promiſſionem de ſoluendo recepit lucretur partem dotis mortua vxore, ſtãte ſtatuto ꝙ vxore præcedente ſine liberis vir lucretur dimidiam partem dotis datæ, nu. xix. & ſeq.

Oblatio quantitatis debitæ an ſufficiat vt ex contractu vẽditor agere poſsit, et quid ſi verbalis tãtum fuerit in. iiii. notabi. nu. xiii.

Quæ actio naſcatur in caſu iſtius legis in. vi. notabili, numero. xxvi. & xxxv.

Fructum ratio habetur a tempore moræ & quæ ſit ratio in. vii. not. nu. xxvii. & xxxv.

Expreſsio hæredum an fuerit neceſſaria in terminis iſtius legis, nu. xxx.

Pronomen ipſe perſonalitatem importat, nu. xlvi.

Queſtiones hic enucleatę.

Vtrũ ius redimendi ſeu rechatandi cedi poſsit, nu. xxxvi. & ſequenti. 1

An facultas redimendi tranſeat ad hæredem, nu. xliii. 2

Quid iuris ſi conuentum expreſſe fuerit, ut tantum ipſe venditor poſſet redimere, nu. xliiii. 3

Quando ille cui ſub pœna ad diem promiſsi ius redimendi a me alienatum cedere, reperitur abſens illo tempore quid agendum ſit nu. xlvii. 4

An facta ceſsione abſenti de dicto iure notario ſtipulante requiratur ratificatio vt acquiratur ius ex ceſsione, numero. xlviii. 5

Vtrum pactum de retrouendendo cum modicitate pretii faciat contractum illicitum & ſimulatum, & quid de datione in ſolutum & de emptione annui redditus, numero quinquageſimo. 6

Lapſo tempore dato ad redimendum vtrum emptor retrouendere cogatur, nu. lxiii. 7

Quanto tempore præſcribatur pacto de retrouẽdendo, numero. lxx. 8

Facta promiſſione de retrouendendo ſimpliciter qualiter & pro quo pretio intelligatur facta, nu. xciii. 9

Facta oblatione pretii an hæres emptoris, qui retrouẽdere ꝓmiſerat ad reſtõnẽ fructuũ teneaſ, nu. xcviii. 10

Volens in ſi anni redimere an habere debeat omnes fructus illius anni aut quos nu. 100. cũ ſequenti. 11

Re a duobus empta an alteri offerenti partẽ pretii, pars rei pro rata cũ tãgente retrouendi debeat, nu. 102 12

Si ex prædictis vnus totũ pretium rei offerat volens totã rem redimere, an audiendus ſit, nu. ciii. 13

Vtrum vnus hæredum rem inſolidum poſsidens conueniri poſsit & cogi totum retrouendere, nu. ciiii. 14

Leg. aut ceſsis creditis utrũ ius redimẽdi veniat nu. cv. 15

Vtrum pendente tp̃e rechati venditor ante retrouend. in re ſuppoſita rechato poſsit domũ ædificare, nu. cvi. 16

Emphiteoſi alienata cum pacto prædicto an emptor teneatur capere inueſtiturã iuxta tẽpus iuris, nu. cvii. 17

Si decoxerit mercator penes quem redemptionis pretiũ depoſui cuius erit periculum, nu. cxi. 18

Si mihi, & fratri hæredi meo ſtipulatus ſim rem retrouẽdi poſtea filium quem ſuſcepi hæredem fecero, an frater ad retrouendendum agere poſsit, nu cxv. 19

Pactum de retrouendendo factum alicui, & hæredibus ſuis quos hæredes includat, nu cxvi 20.

Si alicui, & hæredibus ſuis maſculis factum fuerit pactũ de retrouendendo an filia hæres filiæ hęredis venditoris poſsit retrouenditionem petere, numero centeſimo decimoſeptimo. 21

De hærede retrouendere grauato ſub conditione ſi abſq; veris legitimis, & naturalibus liberis ex ſe deſcendentibus deceſſerit an per religionis vel monaſterii ingreſſum ab onere retrouendendi ſit liberatus, numero centeſimo uigeſimo. 22

Vtrum bonorum poſſeſſor tali pacto ſe poſsit iuuare facta alicui promiſsione de retrouendendo ſibi, & hæredibus ſuis, nu. cxxi. 23

An eo pacto vendens remq; conducens ſi ultra dimidiũ iuſti pretii læſus ſit, habeat remedium. l. ii. de reſcin. vendit, nu. cxxii. 24

An in poſſeſsione fundi retrouendendi ſe reperiens contra vendicantem ſibi illum defendere poſsit, numero cxxiii. 25

Fundum quem retrouendere mihi promiſeras appoſito conſtituto vendidiſti tirio, vtrum aliquo iure illum conſequi poſsim, nu. cxxv. 26

Fundum emptum reſtituto pretio reddere promittens vtrũ præciſe ad ſic faciendum teneatur, nu. cxxviii. 27

Retrouendere obligatus vtrum ad id præciſe teneatur ſi rei tradendæ facultatẽ habeat vel liberetur ſoluendo intereſſe, nu. cxxix. 28

Vtrum pactum de retrouendendo magis expediat emptori quã venditori vel econtrario, numero centeſimo trigeſimo ſecundo. 29

Vtrum fundus qui ſub lege retrouenditionis eſt poſitus oblato pretio poſsit a quolibet poſſeſſore vendicari, numero. cxxxiii. 30

Si in pacto expreſſum ſit ut rem alteri fortaſſe venditam pro eodem pretio conſequi poſsim an tali pacto dominii impediatur tranſlatio, & a tertio poſſeſſore rem poſſim recuperare, nu. cxxxvi. 31

Vtrum pro conſeruatione probationis iſtius pacti ad æternam rei memoriam teſtes examinari poſsint, numero. cxxxix. 32

De aſsignato ad probandum in tali termino ſi non probauerit an aliam dilationem ad probandum pactũ habere debeat ſi petat, numero centeſimo quadrageſimoprimo. 33

Diſcutienda qõ erit vtrum princeps tempus ad redimendum pręfixum prorogare poſsit, numero centeſimoquadrageſimo ſecundo. 34

An pactum de retrouendendo poſsit a principe remitti, numero cxlvii. 35

An a tutore vel a curatore pactum tale factum minore ſeruare teneatur, numero centeſimoquadrageſimooctauo. 36

Si mihi fundum retrouẽdere promiſeris intra annos ſex cum dimidio vnius anni ad ſoluendum, a quo tempore annus ille ad ſoluendum currere incipiat, numero cẽteſimoquinquageſimoſecundo. 37

Quid iuris in caſu præcedentis queſtionis ſi vendidiſti, et meo nomine te poſsidere conſtituiſti an tempus ſtatim currat, numero. cliii. 38

An retrouenditione facta ſit retrouendens a traditione liberatus, numero. cliiii. 39

Vtrum arbitrium ſuper venditionibus a ſtatuto publicanis conceſſum locum pariter ſibi vendicet in his pactis vel controuerſiis ſuper eis exiſtentibus, numero centeſimoquinquageſimoſexto. 40

Si pro te, & fratre tuo fundum emeris, quem poſtea retrouendere promiſiſti, & de ratificari faciendo per fratrem tuũ quũ legitimæ ætatis erit ſub pæna, an ad hoc, & pena incurratur interpellatio aliqua exigatur, numero centeſimoquinquageſimoſeptimo. 41

Promittens retrouendere die ſexta menſis Nouembris puta anni. MDXXX. illinc ad tres annos intra feſta ſancti Martini, & natiuitatis Chriſti ad quod tempus vſq; retrouendere teneatur, nume. clxi. 42

Si intra

Si intra retrouenditionis tempus pretii partem exolueris vtrum elapſo poſtea toto tēpore oblato reliquo ad retrouendendum contra emptorem agere poſsis, numero.clxii. 43

De fundo locato cum poteſtate franchandi, & legato de creditis facto, an franchandi ius comprehendatur, numero.clxvi. 44

Vtrum cadens a iure locationis cadat etiam a iure franchandi ſeu redimendi nu.clxvii. 45

An rei locatæ ſub pacto retrouenditionis acceptæ equa penſio ſit iuxta pretium venditionis aut ſm ueram rei æſtimationem, nu.clxx. 46.

Vtrum rei retrouendendæ ante venditionem celebratā poſſeſsione tradita eiuſdem fundi trāſferatur dominium ita q. fructus illi cui tradita fuit poſſeſsio acquiratur, nume clxxii. 47

De emphiteota redimente rem ſine conſenſu domini cū tali pacto alienatam, an caducitatis pœnam euitet, numero.clxxiiii. 48

Vtrum in retrouenditione melioramentorum ſit habenda ratio, nu clxxv. 49

Diſputabitur de re patrimoniali cum dicto pacto alienata & inde recuperata, an adhuc patrimonialis dicatur, & ab agnato poſsit recuperari uirtute ſtatuti proximiori agnato ius recuperandi concedentis, nu.clxxvi. 50

Retrouendere promittens ſi licentiam a tali impetraueris ſub pœna an ſi pendente tempore dictæ licentiæ ante eam impetratam alteri rem vendat in pœnam cadat, numero.clxxviii 51

Quomodo probetur pactū de retrouē.nu. clxxx. 52

Vtrum promittens rem emptam alteri non uendere, niſi mihi, cogi poſsit mihi uendere, nu.clxxxi. 53

De ſylua & nemore emptis cum pacto de retrouendendo an cedi extirparicꝫ poſsint ante factam retrouēditionem, nu clxxxii. 54

De colligente fructus īmaturos an venditori fundū poſt modum redimenti tenetur, nu.clxxxiiii. 55

Si contractus nullitatem proponens ſuccubuerit, & redimendi facultas lite pendente perierit vtrum poſtea retrouenditionem petere poſsit, nu. clxxxvi. 56

Et an quis obligetur pacto nudo ad retrouendendum, numero.clxxxvii. 57

Vtrum relocatio tacito conſenſu facta, intelligatur facta cum poteſtate franchandi ſeu redimendi, nu.188. 58

Alluuione quæſitum an in retrouenditione facienda pro eodem pretio reſtituendum ſit, nu.clxxxix. 59

Habēs vſumfructum in fundo, et emens proprietatem, & ſtatuti virtute ad retrouendendū obſtrictus an cū ꝓprietate vſumfr. retrouendere tenebitur, nu. cxcii. 60

Vtrum tutor vel curator pactum de retrouendendo in fauorem minoris factum remittere poſsit, aut alienare, numero.cxciii. 61

Si executores teſtamenti rē hæreditariam cū pacto de retrouendendo diſtraxerint poſtmodum pure, & ſimpl'r eiſdem temporibus ipſam rem vendiderint: vtrum redimendi ius cenſeatur eſſe remiſſum, nu.cxcv. 62

Vtrum pactum iſtud dictū in tractatu uel præfactionibus in contractu poſtea ſubſecuto ſimpliciter cenſeatur repetitum, nume.cxcvi. 63

Facta retrouenditione vi pacti prædicti, an extringuatur ius obligationis in ipſa re ante retrouenditio. factam cōſtitutum, nu.cxcvii. 64

Promittens facere pactum de retrouendēdo an ad retrouendendum immediate abſque pacto cogi poſsit, numero.cc. 65

Stante ſtatuto q̄ rem venditam irrequiſito conſorte emptor ꝓ eodē ꝑtio ꝯſorti retrouēdere teneatur, utrū in retrouēditione de euictione cauere debeat, nu.ccii. 66

Vendidi tibi domum cū pacto de retrouendendo intra annos ſex redimendi ius tertio ceſsi. inde emptor de conſenſu venditoris qui mihi ius redimendi ceſſerat domum alteri vendidit, & poſſeſ. tradidit, ceſsionarius agit contra primū & ſecundū emptorē ad rem retrouendendam an recte agat, nu.cciii. 67

Si mihi, & nominando per me rem promiſeris retrouēdere non facta noiatione, utrum poſt mortem meā res libera apud te remanſura ſit, nu.ccv. 68

Si promiſsio de retrouendendo facta fuerit in annis decē vel in annos decem aut intra annos decem quo tempore redimi res poterit nu.ccvi. 69

Eccleſiæ per religioſum quendam acquiſita fuit res, et poſtea factum pactum de retrouendendo an valeat, & eccleſia ad id faciendum cogatur, nu.ccvii. 70

Filiusfami. rem per ſe emptam retrouendere promiſit vtrū ſine patris conſenſu potuerit id facere, & inde in venditorem dominium transferre, nu.ccviii. 71

An pactum de retrouendendo quum petiero vel quum uoluero actum ſuſpendat ita q̄ ante mortē requiratur declaratio quaſi actus conditionalis ſit, nu.ccix. 72

De augmento & bonitate monetæ tam extrinſeca q̄ intrinſeca q̄uo, & q̄n ueniat, & an de ipſa bonitate tempore retrouenditionis habenda ſit ratio, nu.ccx. cū ſeq. 73

Vtrum hæredi redimere volenti quinquaginta lapſis annis concedenda ſit in integrum reſtitutio ex clauſula generali ſi qua mihi alia iuſta cauſa uidebitur ꝓpter ignorantiam nu.ccxviii. 74

An emptor teneatur ſtare colono, & locationi per uenditorem iam factæ, nu.ccxx. 75

An unus hæredum poſsit alium ad redimendum rē cōpellere emptore recuſante rem retrouendere niſi totā, numero. ccxxii. 76

Venditore mortuo relicto hęrede minore vigintiquinque annis pendente tempore rechati an abſq; ſpe reſtitu.in integrum eidem minori currat tempus, numero.ccxxiii. 77

Ad quem ſpectet onus collectarum quæ pendente tempore rechati impoſitæ fuere re poſtea redempta, numero.ccxxvi. 78

An promiſsio de retrouendendo facta ad partem extra inſtrumentum primę uenditionis efficax ſit ad agendū, & nunquid ſit differentia inter promiſsionē de retrouēdendo factā in continenti, & factam ex interuallo in eodē ue inſtrumento uel in alio, nu.ccxxviii. 79

Si tibi fundum pignorauero ea lege, ut fructus cedant tibi lucro quemadmodum lucro cedunt emptoris qui retrouendere promiſit, an eos in ſortem computare, tenearis nu.ccxxxi. 80

Imminente periculo amiſsionis caſtri retrouen. ſuppoſiti quis cuſtodes ponet, nu ccxxxiii. & ibidem, an ualens redimere poſsit in re illa ædificare uenditore inuito, 81

An pecunia pro laudemio per emptorē ſoluta ei ſit per redimentem rem reſtituenda, nu ccxxxv. 82

Vtrū ſeruitus per emptorē fundo ꝑdicto quæſita reſoluatur fundo retrouendito, nu.ccxxxviii. 83

Molendini retrouendendi an deteriorationis rō in retrouenditione habenda ſit. nu. ccxxxix 84

Vtrū ꝑtus, fœtus pecorū. iumētorū ac mācipiorū cedāt cōmodo empto. retrouēditione ſubſecuta, nu.ccxl. 85

Defuncto eo q̄ retrouē. ꝓmiſit q̄ritur cui nā ꝑ uolēte redimere offerēdū ſit ꝑciū, an heredi vſū uel uxori oium bonorū vſufructuarie poſſidēti rē, q̄ petit retroū.n. 241. 86

Si caſtrum cū iuriſdictione quis emerit cū pacto de retrouē. & deliquent ſubditus q̄ mulctatus nō extitit nec pęna exacta an poſt retrouenditionē a petitione et cōſecutione pœnæ excludetur, nu. ccxlii. 87

Si rei emphiteoticæ uel ſecularis alienationi cū pacto de retrouēdendo dn̄s conſenſerit, an in facienda retrouenditione iterum ad euitandam caducitatis pœnam ipſius directi domini neceſſarius erit conſenſus nu.ccxliii. 88

Vendidiſti mihi fundū quāti æſtimauerit titius cū pacto

de retrouendendo, pone cōi æſtimatione, fundum centū valere, nunquid tanti æſtimare titius debeat vt ſic de eo pretio directo dño laudemium debeatur nu.ccxlvi. 89

Vtrum rei emphiteoticæ dominiū vtile emptori ꝓpter canonē non ſolutū emptori quæſitum retrouenditione ſecuta, trahatur facta a directo vel pœnes emptorem remanere debeat nu.ccxlvii. 90

Emens ius exigendi vectigal. a tranſeuntibus ſuper pōte fluminis cum pacto de retrouendendo ea lege, vt pontē bene & laudabiliter ſtantē & ad trāſitum cōmodum in caſum retrouēditionis reſtituere teneatur, ſi cōtingat ex corroſione aquarū latiorem fieri alueū & diffundi aquā ita vt longiori ponte opus ſit an tpe retrouen. ſuo ſumptu elongatum bene ſtantem in aucta parte reſtituere teneatur nu.ccxlviii. 91

Formabitur qō et in alia materia ſeruiens. An inſtantia cū laico inchoata ſuper re retrouendēda in clericum trāſeat ita vt coram iudice laico venditor litem proſequi poſſit aut ad eccleſiaſticū ſit cauſa remittenda nu.ccxlix. 92

Fundum emit filiusfam. & ex interuallo pactū fecit de retrouendendo patre defuncto, dum cauſa retrouenditionis agitur inſurgunt fratres fundum ex re patris, & ſic patri quæſitum dicentes, contradicit filius ex operis & laboribus ſuis fundum quæſitum cōtendens: & ideo retrouendere poſſe quid iuris nu.ccliii. 93

An bona per hæredem virtute pacti de retrouendendo recuperata in fideicōmiſſariū transferantur nu.ccliiii. 94

De eo qui cum pacto predicto viuaria emit an feras occidere poſſit & pariter vtrū arbores ad pedē cædere poſſit ille, qui fundum retrouendere tenetur nu.cclv. 95

Si inter emptorē, & venditorem eiuſdem fori conuentū fuerit de retrouen. facienda intra annum pretio a iure cōmuni ſtatuto, ſed lege municipali vel conſuetudine cauebatur emptorem teneri pro eodem pretio rem intra annum retrouendere vtrum pro eodē pretio an ſm cōem æſtimationem quæ tēpore factæ conuentionis erat emptor retrouendere teneatur, ſicq; appellatione iuris cōis veniat ſtatutum nu.cclviii. 96

Si de retrouendendo fundo intra annos decē facta ſit cōuentio pretio quo tunc valebat fundus: an volēs in fine decēnii redimere petere poſſit, vt eligantur æſtimatores qui æſtimationem ipſam habeant facere, & iudici referre numero.cclx. 97

Si fundo vacuo exiſtente promiſſio prædicta facta fuerit, an poma uuæq; pendentes faciant ne poſſit fundus vacuus dici num.cclxi. 98

Vtrum clericus hæres gaudere poſſit beneficio pacti de retrouendendo feudo pro venditore, & hæredibus ſuis facti numero.cclxii. 99

Vtrum id pactum operetur ne agnatus vel vicinus iure prothomiſeos vti poſſit nu cclxiii. 100

De menſe Decembris egit titius ad fundum retrouendendum deponens florenos.ccl. pro quibus fuerat facta vēditio cum pacto de retrouendendo intra certum tēpus in pricipio Decembris & Ian. tantum lapſo trimeſtri vt dēs depoſitum fuiſſe diminutū ſuppleuit illud. & ꝓpter oppoſitionem factam de depoſito inſufficiēti, & illegitimo capitulauit fuiſſe conuentum poſt primum contractū de retrouendendo quoties et quandocūq; venditor requiſiiſſet etiam poſt dictos mēſes Decembris & Ianuarii publicatis atteſtationibus quia nihil ꝓbauerat obtulit parti iuramentum ꝙ pro precio de quo in inſtrumento rechati actū fuerat fieri debere, retrouenditionē quotiens & quandocūque: an recte moueatur & faciat, numero.cclxiiii. 101

An prorogatio termini ſolutionis ſeu rechati a tutore facta valeat, nu.cclxxii. 102

Stante conſuetudine ꝙ proximior agnatus rem venditā intra annum poſſit pro eodem pretio recuperare, et res vendita fuerit cū pacto de retrouendendo ad tempus, in perpetuum annus prædictus quādo currere incipiat vt pariter ſtante ſtatuto ꝙ forenſis acquirens rem in dominio ſtatuentium teneatur intra annum illam retrouendere ſubdito onera in loco ipſo ſubſtinenti ſub pœna amiſſionis rei, quando incipiat prædictus annus currere nu.cclxxiii. cum ſequenti. 103

An valeat pactum ꝙ elapſo tpe ad redimendum dato ſi res redempta non fuerit. poſſit venditor eiuſq; hæredes cogi ad rē venditam redimendū, & ad exburſandū ipſum pretium pro quo vendita res fuit nu.cclxxvii. 104

Vtrum curator bonis viuentis datus agere cōtra emptorem poſſit vt ſibi retrouendatur res ſub rechato ab illo abſente alienata nu.cclxxviii. 105

Si ad ſuperiorem ſit per appellationē deuoluta cauſa, & lapſu fatalium deſerta fuerit appellatio an ſuper nullitate allegata pronunciari poſſit, & conſequenter vtrū inſtantia cauſæ nullitatis expiret cum fatalibus appellationis nume.cclxxix. 106

Prolata arbitramentali ſentētia ſi quæſtio ſit de reductione ad arbitrium boni viri ad quem iudicem erit recurrendum plene numero.cclxxx. 107

Si partibus de poſſeſſione prædii retrouendendi contendentibus ſumptæ fuerint informationes virtute literarū ducalium, vt ſit in partib⁹ noſtris, & publicatæ poſtea in cauſa ſuper eadem materia producātur capitula, et offerantur probationes quæ petuntur admitti, an id fieri debeat, & publicatio informationum obſtet vel ne, numero.cclxxxi 108

Vtrum promittens retrouendere ad vel vſque ad talem diē teneatur id facere etiam ipſa die nu.cclxxxii. 109

An ille qui emit rē a cōmunitate cum pacto de retrouēdendo teneatur illam regiſtrare, & ad æſtimum cōmunis ponere ac collectas pro illa reſoluere reſpectu tēporis præteriti quo regiſtrata non erat, & ſi per cōmunitatem iam eſſet alienata etiam illius poſſeſſio ad emptorē translata.cclxxxiii. 110

Si aliquis ex præcepto teſtatoris obligatus ſit uendere, et iuxta uenditionem ac traditionem appoſuerit pactum de retrouendendo an tale pactum veſtiatur rei interuentu uel cohærentia contractus.nu.cclxxxiiii. 111

An potētia iſta redimēdi facultas ſit, vel ius nu.28r. 112

Vtrum contractus locationis, & conductionis rei ademptæ poſt factā retrouenditionem extinguatur vel duret adhuc nume.cclxxxvi. 113

IN LEGEM II. C. DE PACTIS
Inter Empto. & vend.

QVum ex re ſit ea quæ vſu frequentantur quotidiano et in iudiciis ſemper verſantur plenius attingere apertiſſimeque dirimere non ſolum. ʃ. de bonis quæ liberis. l. lega ui. ff. de liber lega, & lege iuſto. ff. de vſuca. repetitioni quam iandudum inuulgaui genuinam apum in accumulando penore, & addendū aceruo (vt Flaccus ait) induſtriam ſecutus, multa addā tū ſtudio didici tum iudiciorum ſtrepitus me docuit, prout in materia ſubſtitutionum contigit Bart. vt ipſe ſcribit in lege præcibus col. ii. ʃ. de impuberum, & aliis ſubſtitutionibus. & nouum plane corpus efficiam iuſtiniani priſcorumq; exemplo. qui non ſolum primas editiones, ſed & ſecundas quas repetitas prælectiones nominabant. emiſerunt vt ſupra de emen. C. Nec in repu. Romana lex vlla ab initio ſufficienter ad oīa extitit ꝓmulgata vt in auctentica quibus mod. natu. effici. legit in prin. Hinc eſt illud Comici nunq̄ ita quēquā bene ſubducta rōne ad uitā fuiſſe, quin res, vſus, ætas ſemper aliquid noui apportauerit, vt illa quæ credas ſcire neſcias, & quæ tibi putaueris pria in experiēdo repudies. ſaluberrimū igit̄ illud Horatii præceptū nouū prematur in annū, & Catullianū de ſmirna Cynne ſmirna mei Cynne nouā poſt deniq; meſſem

ſem: q́ cœpta eſt nonamq́ ędita poſt hyemẽ. ſed hæ no-
ſtræ lucubrationes iam ſatis cum tineis & lucifugis batris
rixantur poſtquam omnibus viribus neruiſq́ contendi.
ita hanc materiã tractare, vt vix quicq́ ammodo lector
deſiderare in ea poſſit ad honorem ſummi Dei et cõem
mortalium vtilitatem has vigilias foras emittere & homi
nibus conculcandas offerre propoſui.

3 Huiuſce legis auctor, vt teſtatur.l. inſcriptio fuit Ale.
mãmeæ filius. xxi. (vt oroſio & Euſebio Ceſarienſi pla-
cet) vel vt aliis. xxiiii. Romanorũ Imperator qui ſeuerus
ob ingentem animi vigorem ſingularemq́ conſtantiam
contra militum inſolentiam appellatus. ex animi vigore
nomẽ accepit uir certe vt Lãpri. ſcribit oĩum virtutũ exẽ
plar. q Pauli & Vlpi. Iuris peritiſsimorũ conſi. quos ſum
mæ pp eorum ſingularem iuſtitiam diligebat remp. fœli
ciſsime rexit optimus hic princeps. qui multa de iure ſan
xerat & ab ira militum per Vlpia. obiectu purpuræ ſæ-
pe defenſus fuerat, dum cõfecta expeditione. Perſica. ad
ſeptentrionẽ vertit arma germanis tumultuãtibus in gal-
lia lactione militari anno Imperii. xv. vitæ, vnde trigeſi-
mo maximini perfidia in tentorio cũ matre necatus ẽ cir-
citer annos Chriſtianæ ſalutis. xxiiii. ſupra ducenteſimũ
primus poſt Adria. principem qui veræ pietatis lumen
acceperit Chriſtũ. n. veneratus eſt. Chriſtianiſq́ ꝓpitius
(vt Lãpre. ſcribit) fuit. In cuius conſi. refert fuiſſe Sabinũ
Vlp. Pau. Póp. Africa. Modeſti. & plures alios ſplendidiſ
ſimos Iuriſconſultos, q oẽs diſcipuli fuere acutiſsimi Pap.
& ipſius Ale. Imperatoris familiares & ſocii. hæ ſunt inge
ibi Lãpri. qui bonũ principem fecerunt. nam quũ oẽs ad
bonũ conſentirent quid mali ſub eo fieri vel cogitari po-
tuit: hoc not. eſſet a principibus.

4 Pactũ de retrouẽ. fundũ ꝓ eodẽ p̄cio inter certa tẽpo
ra, vel qñcũq́ venditori eiuſq́ hæredi placuerit valet: ex
eoq́ oritur actio præſcrip. ver. & altera ex vendito inſor
matur vt ad id quod in pacto deuenerat cõpetat fructus
que reſtituendi ſunt a tempore moræ.

Sed ſm veriorẽ intellectũ vbi dr̃ de retrouẽ. dici debet
de reſtituendo, quod lõge a p̄cedenti differt vt. j. dicã.

Ratio dubitandi aſsignari põt condicio poteſtatiua
5 ex q̃ vere et formaliter impleri põt, implenda eſt vnde in
perſona hæredũ impleri nõ põt, quia fictæ impleretur. l.
qui hęredi in pric. & l. meuius. ff. de cõdi & demõ. l. q ro-
mæ in. §. auger. vbi Are. de ver. obl. & l. ſi decẽ vbi Iaſ. co.
iii. illo eo. tit. ꝓpterea videbatur conditionẽ hanc offeren
di precium pro fundo nec per hæredẽ venditoris neque
in perſona hæredum emptoris impleri poſſe.

Rõ vero decidendi oppoſitum eſt: quia vbi ex imple
mento cõditionis ad eum qui debet in futurũ obligari ali
6 quid eſt perueturũ vt hic ius implendi conditionẽ act i
ue et paſsiue ad hæredes trãſit tex eſt hic et in. d. l ſi p̄dio
ff. de in diem adiec. ſm Bar. in d. l ſi decem, & in. l. a teſta
tore. ff. de condi. & demon. quia emolumentũ perpetuo
operatur, vt pars potius cenſeatur reſpexiſſe ad cõmo-
dũ, ex implemento conditionis percipiendum q́ ad per-
ſonã q̃ implere debet, vel cui eſt implendum: ideo nimi-
rũ ſi ad hæredes ius implendi talem conditionem tranſit.
ſecus vbi id ceſſat quia contemplatione perſonarũ cõtra-
ctũ cenſetur, & actũ ut partes i ſe impleant ſm Bar. loco
pręalleg. & Soci. in. d. §. auger. ideo tale ius ad hæredem
tranſit ut ibi per Bar. & Soci. & Iaſ. in. d. l. ſi. col. fina.

Nec obſtat q́ emptor cui p̄tium fundi ſoluendũ erat
nihil dicatur conſequi, nec cõmodum percipere: quũ ipſe
id pretium prius expoſuerit & pro eodẽ reſtitutio fieri de
beret: ſicque potius in cõmodum videatur ſentire ex quo
cõtra voluntatẽ ipſius id fortaſsis fiet iuxta. l. fin. ff de uſu.
& habit. quia licet emptor pretium prius expoſuerit rẽ
habuit q̃ quum oblato pretio repetatur negari non põt,
quin ad eum id peruenturum ſit: ergo militat rõ Bartol.
& contra ipſius voluntatẽ fundum ꝓpter cõuentionem
reſtituere debet, p̄terea ex parte hæredis pretium offerre
debentis maior erat rõ decidendi: quia ſic inter partes cõ
uentum fuerat vt etiam hæres ad id admitterentur, ſicuti
verba. l probant, & expreſsio hęredũ ex abundanti hic
facta fuit vt dicetur latius in quæſtionibus.

Noto primo id ad quod lex iſta ſemper allegatur q́
pactũ de retrouen. fundum pro eodem pretio non eſt re- 7
probatum a iure, nec præſumi facit contractum vſurariũ,
aut pignoratitium: propterea emptor nõ tenetur fructus
in ſortem cõputare, ſed illos lucratur donec res retrouen
datur aut pretium a uenditore ut hic in fine. l. dicitur legi
time offeratur, eſt. n. vera venditio quam pactum de redi
mẽdo nõ tollit. vt hic, & leuitici vigeſimoquinto, ubi do
minus ꝓhibuit filiis Iſrael, uenditionem terræ ſuæ in per
petuũ, ſed mandauit q́ uenderetur ſub redemptionis cõ
ditione. vendere ergo cũ pacto de redimẽdo ſeu retrouẽ.
etiam per legẽ domini permiſſum eſt. quo. n. per dictum
contractum dominium rei uenditæ translatum eſt in em
ptorẽ rei uendite factũ poſſeſſorẽ: ſequitur ut faciat fru-
ctus ſuos rõne domini, quod eſt cã acquiſitionis fructuũ
l. qua ratione in principio. ff. de acquir. reo. domi. §. qua ra
tione inſtit. de rerum diuiſione, & l. qui ſcit in principio,
& §. i. ff. de vſur. cum aliis de quibus per Soci. in cõ. clxx.
co ii. & iii. & hoc ſi bona fide & abſq́ fraude ematur ita
q́ in rei veritate intentio ſit emere & faciat pactum de re
trouendendo ex gratia ſeu cõplacentia venditoris volẽs
illi miſericordiam facere ut dicũt theologi. opus eſt. n. pie-
tatis dicunt eo modo proximo ſuccurrere. emptor n. de
ſideraret rem ſibi dimitti, & opinio iſta quod id pactũ lici
tum ſit nec fructus ſint computandi in ſortẽ ſed ſint em-
ptoris cõiter tenetur p legiſtas. canoniſtas, & theologos,
ut per gl. & doct. in. c. ad noſtrã de empt. & uend. Archi.
in. c. plerique. xiiii. qõne. iii. Io. de anna. in. c. cõqueſtus co.
iii. de uſur. Cepol. in tractatu de ſimul. contractu. in. iii. ca-
ſu principa. col. i. præſum. xii. Soci. cõſi. ccxlviii. co. ii. ſum
mã Angeli. in verbo uſura el primo ver. lxvi. cum ſequẽ
ti, Guidonem papæ in qõne. dccccxvi & Deci. in conſi.
cccviii. col. ii. cũ aliis de quibus. j. in limitationibus. Nec ob
ſtat tex. l. cum autem in. § cum redhibetur ſeu pen. iuncta
fi. l. q́ ſi nolit ff. de ędi. edi. & l. imperator. ff. de i diẽ adie.
vbi probatur fructus cum re reſtituendos eſſe. qñ contra
ctus reſoluitur ex pacto vel aliter qm̃ hic facultas reſoluẽ
di contractum collata eſt in poteſtatem uenditoris, cui
non reſoluenti imputandum eſt: ideo interim emptor lu-
crabitur fructus perceptos, ſed in legibus prælle. facultas
reſoluendi contractum in uoluntatem emptoris uel tertii
meliorem conditionem facientis conferebatur q̃ caſu quũ
nihil ſit quod ad contractus reſolutionem uenditori im-
putari poſſit, mirũ non eſt ſi cum re emptor fructus reſti
tuit iſta fuit doctrina Io anna. Abba. & aliorum in c. illo
uos de pig. nec illi refragatur. l cũ quis. ff de cond. ob cau-
ſam ubi ſi data conualeſcentia donator per cõdit. repetat
cauſa mortis donata fructus etiam condicet ac repetet,
& ſic titulus reuocabilis acquiſitionem fructuũ nõ præ 8
ſtat ut ibi notat Ang. & Alex. & tñ culpa non reuocanti
poterat impingi. cum talis donatio cauſa mortis ad libitũ
eſſet reuocabilis. l. nõ oĩs. ff. ſi cer. pet. & ſm doctri. Io. an-
na. & Abba õ. relatã fructus nõ venirent reſtituendi.

Reſpondeo q́ ubi titulus eſt lucratiuus ẽt cũ fructibus
reuocabilis eſt. d l. cũ quis, & idẽ qñ eſt oneroſus, & nulla
culpa reuocare uolẽti aſcribi põt. §. cũ redhibetur cũ. l. im-
perator p̄allegata, ſecus vbi aliq̃ culpa imputari põt volẽ
ti reuocare, ex titulo oneroſo ut hic in propoſito nro ita
Mod. uidelicet An. burgos in. d. c ad noſtrã co. xi. & xii.
et Lan. gallia. in repetitione. l. centurio co. cviii. cũ ſequẽti.
ff. de uulga. Vel aliter rñdeo ad d. l. cum quis. q. don. cã
mor. ſtat in ſuſpenſo donec moriatur donator ideo dona
tarius fructus interim p̄cipiens ſuoſq́ facere uolẽs nõ eſt
in bona fide. propterea donatore reuocãte donationẽ te
netur ad illorum reſtitutionem, ut ibi per Iaſ. faciunt quę
ſcribit Roma. in conſi. cccdiiii. incipien. iure col. viti.

Ex quibus apparet male ſentire Soci xv.col.xiii.
libr. i. volentem contractum ex pacto prædicto pigno-
ratitium argui, licet in lucro fructuum fateatur eſſe dif-
ferentiam, nam a veritate alienum eſt q́ ſit pignus imo
vẽditio annexum habẽs onus de retrouendendo.

Et quemadmodum pulchre tradit Bal.in quodam cõ-
ſilio incipien.vendidit ad finẽ contractus pignoris ad ven
ditionẽ ſe habet. vt ſpẽs oppoſita. l.neq; pignus.ff.de reg.
iu.ſed retrouenditio ad venditionẽ nõ ſunt cõtractus op
poſiti ſed ſubalternati per prius,& poſterius vnde ꝓbato
cõtractu de retrouen.verificatur primus cõtractus,& te-
ſtes probãtes pactũ de retrouen. ꝓbant ꝓ inſtrumẽto vẽ
ditionis. quia ſi nõ præceſsiſſet venditio nõ haberet locũ
retrouẽditio, nõ autem improbant venditionẽ vel aliud
obſtaculum,facit elegans dictũ eiuſdem.Bal.in.l.vnica ad
fin.per illum tex.C.de cadu.tollen.q́ in his quæ ordinan
tur ſm naturam ex altero præſumitur alterum.

Limita prædicta niſi interueniſſet pactum de fructibus
reſtituendis vel in ſortem imputandis in caſu retrouendi
tionis quid.n.obſtat quin pacti tenor ſeruandus ſit * tra-
9 dit glo.in.c.contractus de reg.iur.in ſexto.pacta rũpũt le
ges,& ex cõuentione cõtractus legẽ accipiunt.§.ſi conue
niat le.i.ff.depoſ l.cõtract⁹ vbi plura cumulauit de re iur.

Et propter tale pactũ ꝯtractus iudicabitur feneratitius
10 ſm Abb.in.c.illo vos ad ſi de pigno.* quod nõ eſt verũ
pignoratitius bene cenſebitur propter imputationem fru
ctuũ in ſortẽ in caſu retrouenditionis iuxta.l.primã,& ſe-
cundã.C.de pig.ac. nõ autem fœneratitius niſi vltra ſor-
tẽ aliquid recipiatur in eodẽ contractu vt in. d. c.illo vos,
& proſequitur latius burgos in.d c ad noſtrã in.iiii.caſu.

Secundo limita niſi cõtractus vſurarius eſſet,& ſimula
tus quia tunc in ſortem fructus imputabuntur nec lucro
cederent emptoris.c.i.de vſur.c.quum contra de pignor.
qũo autem cognoſcatur cõtractum illicitum fuiſſe ob di
ctũ pactum,ita q́ fructus in ſortem ſint imputandi ꝫ.in q̃
ſtionibus declarabimus:quicquid tamen Bald.Sali.Pau.
et ſcrib. dixerint lex iſta nõ loquitur in pacto de retrouẽ.
dendo vt ꝫ.in tertio notabili oſtendam.

Secundo noto.ex tex.ibi qñcũque vel intra certa tem-
pora non eſſe differentiam,an vſque ad certũ tempus cõ
pletum, vel in perpetuum fiat pactũ de retrouend.* quũ
11 licitum ſit vtroq; caſu,ita hunc tex.ad hoc põderauit Bar.
veron.in tractatu de ſimul.conct.col.i.xii.præſumptionis
tertii caſus principalis vbi etiam tangit an ad arguendum
ſimulationem contractus, concurrentibus aliis coniectu
ris maior ſit ſimulationis præſumptio facere pactum de
retrouendendo in perpetuum q̃; ad certum tempus,dif-
ferentia tamen inter prædictos caſus eſt manifeſta reſpe-
ctu temporis, quia ſerius excluditur paciſcens a iure redi
mendi in primo caſu q̃; in ſecundo de qua materia late in
quæſtionibus dicetur.

Tertio noto. ex text. ibi, * reſtitueretur q́ pactum de
12 quo in lege iſta nõ fuit pactum de retrouendendo, vt cõ
muniter intelligunt doc ſed de reſtituendo fundũ pro eo
dem precio quæ inter ſe non parũ differunt. pactum.n.
de retrouen.nudum continent factum ita q́ emptor præ
ciſe retrouendere nõ cogitur ſed liberatur ſoluendo inter
eſſe. l ſtipulationes non diuiduntur in verſic. celſus. ff.de
verbo.oblig. pactum vero de reſtituẽdo rẽ reſtituto pre
tio etiam bonorum continet ideſt dominii transferendi.
patet quia a tempore moræ veniunt fructus, ut hic.& in
l i cõuentionibus.ff.de uerbo.oblig. & ſi reſtituendæ rei
facultas adeſt præciſe ad reſtituendum compellitur ſic q;
merum factum non continet: quia tunc intereſſe veniret.
l.ſi fundum certa die ff.de verbo. obliga.ita late declarat
Aret.in conſi.vi.Corn.in conſi.iiii.col.ii.lib.i. Soci.conſi.
cclııi.in.iii.quæſtione.* & dicit Aret.loco prælleg.ad fi.
13 primi dubii ſe, credere dici poſſe ex intentione. l.noſtræ.
Quod hoc caſu ex oblatione pretii emptio, & venditio
nulla de nouo naſcatur, ſed ſimpliciter ad rem agatur ex

pacto in primo contractu appoſito,quod patet,quia de
actione ex empto nulla ſit hic mentio ſed ſolum de actio
ne ex ven.& præſc.uer.q̃ ex prĩo oriunẽ cõtractu,q̃ cõſi-
derationẽ cõfirmare poſſes ex dictis De.i.cõ.88.co.i et.ii.

Vides itaq;* hunc tex. male cõiter intelligi,& allegari 14
ad pactũ de retrouendendo quum loquatur in pacto de
reſtituẽdo rẽ, & pretium ſic etiam loquitur tex.in.d.c.ad
noſtram de emp. & vend.& in. l.ſi vir iuncta glo,in ver.
transſcriberet quicquid ibi Iaſ.dicat de præſcrip.ver.

Eſt verum q́ pleriq; volentes cõem ſuſtinere dixerunt
q́ quãuis verbum reſtituatur poſitum in iſtis iuribus re-
ſtitutionem denotet, non tñ negatur quia huiuſcemodi
reſtitutio mediante retrouenditione fiat,nã omnis res per
quaſcũq; cauſas colligatur per eaſdem diſſoluitur. l.nihil
tam naturale.ff.de reg.iur.igitur quum obligatio reſtituẽ
di mediante venditione ſit nata obligationis diſſolutio
mediante retrouenditione fieri debet cõfirmatur quia lex
iſta ſub titulo de pactis inter empto.& venditorem poni
tur inter quos rei iam venditæ ſimplex reſtitutio interue
nire non ſolet,niſi alia venditione mediante,licet ergo pa
cti tenor, & verba reſtitutionem denotent, vt lex titulo
ſuo ſeruiat de reſtitutione per vẽditionem intelligetur ar-
gumento glo.a ſimili inſtantis in c.potuit de loca.

Sed reſpondeo ad primum motiuum negando reſtitu
tionem talem fieri,ex retrouenditione imo emptio,& vẽ
ditio nulla de nouo naſcitur, & ſimpliciter agitur ad reſti
tutionẽ rei ex pacto poſito,quod apparet quia de actio-
ne ex empto hic mentio nulla ſit ſed ſolum de actione ex
vendito,& præſcr.verb. quæ ex primo oriuntur cõtra-
ctu,vt ſubtiliter declarat Are.loco prællegato.

Nec obſtat regula.d.l.nihil tam naturale* quia etſi mo
dus ille ſoluendi ſit magis naturalis tamen vt ibi dicit gl. 15
non negat iuriſconſultus etiam aliter fieri poſſe diſſolutio
nemo patet in obligationibus quæ per ſolutionem acce-
ptilationem & confuſionem tolluntur,& tñ non ſic con
trahuntur.Pariter venditio cõtraria alia venditione ſolui
poterit minuſque facit qđ ſupra ad cõfirmationem dice-
batur quia lex ad titulũ optime facit de huiuſcemodi pa-
cto inter empt.& vend.celebrato an valeat, & cuius ſit ef
fectus, & dixi me non vidiſſe legem ciuilem aut canoni-
cã de tali pacto loquentem.nõ inficior* validum,et ſeruã 16
dum eſſe,quum nihil repugnet. l.tẽpore contractus.ꝫ.eo.
&.§.ſi cõueniat.l.primæ.ff.depoſ.vt dixi.ꝫ.imo minus ap
propiquat ſimulationi.q̃ pactum de reſtituendo rẽ reſti-
tuto pretio,quum vend.aliam præceſsiſſe primũ præ ſup
ponat,ſm uero non:quia niſi a me primo emeris mihi re
trouendere non potes.Pau.de caſ. in conſi.ccxxviii.in cã
mota col.iiii in antiquis,ueronẽ.in præal.tractatu in.xiii.
p̃ſumptione,& Cor.in cõſi.iiii.col.ii.uol.i.dicẽs magis cõ
uenire nãe pignoris uerba p̃dicti pacti q̃ cõtractus vẽdi
tionis ſeu pacti de retrouẽ. nã.n.pignoraticii cõtractus ẽ
abſq; nouo ꝯtractu rẽ pignoratã p̃tio ſoluto reſtitui, agit
que ut res directo reſtituaẽ ex ipſo pignoratitio cõtractu
q̃ tacite ineſt.l.nec creditores cũ ſeq C.de pig.ac l.ſi rẽ in
§.oĩs,&.l ſi pecuniã.ff.eo tit.ſecus in pacto de retrou per
ſacram vero ſcripturam id pactũ ut dixi permiſſum eſt.

Ex quibus inferri põt q́ ſi tale pactũ de reſtituendo rẽ
reſtituto p̃tio magis ſimulationi,& nãæ pignoratitii con
tractus accedit,q̃ faciat pactũ de retrouen. validum,et ſer
uandum eſt,multo magis iſtud erit in pacto de retrouen.
minus ſuſpecto, quibus cõſequens eſt a fortiori tex.hũc,
& prædicta in pacto de retrouẽ.procedere probaturque
dare per autoritatẽ ſacræ ſcripturæ in.i.not. relatæ.

Nec eſt mirũ ſi in caſu iſtius legis uirtute pacti fundus
præciſæ reſtituendus eſt, & in primũ uenditorem domi
nium transferendũ nam reſtituere* eſt retro ſtatuere ideſt 17
in eum caſum rem conſtituere in quo fuiſſet ſi nihil aduer
ſus quod facienda eſt reſtitutio eueniſſet.l.i.C.de ſent.paſ.
l.reſtituere la.j & la ſecunda ff.de verbo.oblig.proprie q;
reſtituimus qđ accepimus, ideo ſtante ſtatuto.* Quod 18
ſolu.

ſolu. ma. maritus tertiam partem dotis reſtituere debeat
reliquum lucretur non de promiſſa: ſed de data dote in-
telligetur, ſermo: quia verbum reſtituere nō promiſſi do
te: ſed actualiter datæ adapatur, ſecundū Angel. in cōſi.
lviii. incip. quidā noīe. p. verū quum reſtituere ſatis dicat
qui actionē remittit rēq; in eum caſum cōſtituit, ac ſi pro
miſſa nō eſſet, vt ex prædictis patet opin. Ang. a docto-
ribus non recipitur, ut per Sali. in. l. ſi conſtante. C. de do-
na. ante nup. & Iaſ. in rub. ff. ſol ma. col. iiii.

Infertur ex prædictis ad aliam pulchrā, & vtilem quæ
19 ſtio. * vtrum maritus qui aureos ducentos exempli gra-
tia recepiſſe confeſſus eſt pro dote vxoris ſuæ incluſis cen
tū ſibi tunc actualiter numeratis eiſdemq; loco, et tēpore
ac teſtibus præſentibus non obſtante confeſsione prædi-
cta a ſocero promiſsionem habuit, & obligationem au-
reorum centum intra certū tempus ſoluendorū lucretur
dimidiam partē prædictæ dotis ſtante ſtatuto, ꝓut eſt in
ciuitate noſtra vercellarum, ꝙ vxore ſine liberis mortua
vir lucretur dimidiam partem dotis datæ in denariis vel
poſſeſsionibus æſtimatis vel inæſtimatis. Vidi ꝑ celeberri
mos doctores conſulium lucro mariti tantum cedere di-
midiam partem numeratæ dotis actualiterq; recepte, nō
autē dimidiam partem illius ſummæ, q̄; cōfeſſus eſt rece-
piſſe ſocero poſtmodū in recognitionē bonæ fidei ꝓmit
tēte * eo ꝙ ſtatutū loquens de dote data. locū non habet
20 in promiſſa ſeu confeſſata. l. aſsiduis in verbo datæ cum
glo. C. qui potior. in pig hab. ponit Bar in. l iubemus la
ſecunda in. §. ſane ubi etiam Pau. de caſt. C. de ſa ſan. eccl.
Corn. libro. i in conſi ccliiii. Iaſ. in. l. ſi donaturus. § i. col. iii
& ſequenti ff. de cond. ob cām, & in rubr. ff. ſo. matri. co.
v. & in aucten. res q̄ col. pen. C. cōia de lega. & in §. fuerat
charta vlti. inſtitu. de actio. Campez. in tranctatu de dote
in vlti. parte qōnis. xiiii. & xv. Matheſi. in ſuis not. fol vii.
ſing. incip. nota. ꝙ ſtatutum, Bal. nouel. in tractatu de do
te in. x. parte principali. Soci. in. l. de diuiſione. ff. ſol. matri
mo. & in conſi. cxliii. col. fi. lib i. & Mod. peruſi in. l. ſicut
autem col. fi. ff. de re iud. quum. n. huiuſcemodi ſtatutum
exorbitans ſit, & contra cōis iuris diſpoſitionem eius uer
ba vere, & ſtricte inteligenda ſunt, in dote data: ideo in
promiſſa verificari non poſſunt, vel, vt loquuntur doct.
cōfeſſata niſi mulier vel dotans in mora foret, vt ꝑ præal
legatos, & Bart in conſi. ſtatim allegando.

Ego oppoſitum conſului. Mouebar quia ex quo dotis
receptę emanauit confeſsio indeq; promiſsio ſibi ſolutū
videtur, & non facta confeſsio ſub ſpe futuræ numeratio
nis: ſed ſub ſpe futuræ promiſsionis, qua ſubſecuta oia im
pleta cenſentur, vnde nomen ipſum tanq̄ eſtimaſſe vide-
tur, & inſolutum recepiſſe argumento. l precii eā. C. de
reſcind. vend. & concludit Bar. poſt antiquos in. l pen. in
§. ſi vir per illum tex. ff ſoluto ma. quem ſequuntur, & cō
muniter approbant doctor. vt ibi per Paul. de caſt. Imol.
& Alex. idem conſulentem, in ſecundo vol. conſi. xxxvi.
& Cor. conſi. lii. lib. i. & Soci conſi. lxxviii. col. fi volu.
iiii dicentem ſe in practica ſeruari ſæpe vidiſſe opinionē
Bar. & conſequenter in caſu prædictæ qōnis non agitur
de dote promiſſa, & confeſſata: ſed de ſoluta, & recepta.
Sicque legi ſtatuariæ conueniunt uerba Cur. ergo non cō
ueniet, &. i. diſpoſitio per. l. ꝙ conſtitutum. ff. de milit. te-
ſta. & §. toties cum Bar. l. iiii. ff. de dam infecto hanc opi-
nionem comprobabam eam eſſe de mente præælle. ſtatu.
oſtendendo: quia præciſe non exigit pecuniam pro dote
marito datam numeratam, ſed q; ſit marito in denariis
aut rebus ęſtimatis vel inæſtimatis ſatisfactum. ſed in ca-
ſu prænarrato marito in re æſtimata erat ſatisfactum qui
nomen ſoceri inſolutum recepit. ex mente igitur ſtatuti di
21 midia pars dotis prędicte lucro mariti cedet. facit * ꝙ ma
ritus in tali lucro dotis propter onera matrimonii onero
ſam cām habere dicitur. iuxta glo. l. ſi donaturus in uer-
bo duntaxat. ff. de condit. ob cām. & de tali lucro, vt de
dāno iudicandum eſt, ut per Deci. in conſi. ccliii. col. ii.

propterea in fauorem mariti facienda eſt interpretatio.
Vltimo pro iſta opinione adducitur nam paria ſunt re-
ſpectu reſtitutionis dotis eam fuiſſe receptā uel ſocero ac-
ceptam ſubſecuta promiſsione prædicta tex. eſt in. d. §. ſi
vir, & ibi notant ſcribentes. & eſt regula clara ꝙ ubi duo
caſus a. l. antiqua ſunt æquiparati diſpoſitum a ſtatuto ſeu
lege noua in uno, locum habet & in altero * glo. in l. ſi qs 22
ſeruo. C. de fur. & in. l hæres abſens in. §. i. ff. de iudi. etiam
in materia correctoria, ut per Bar. in aucten. ſed quum te
ſtator. C. ad. l. falcid. & ordinariæ tradunt Are. & alii in. l.
ii. ff. de lega. primo ergo diſpoſitum a prędicto ſtatuto in
dote data, & recepta habebit locum in accepta quæ quā
tum ad reſtitutionem receptæ, vt dixi æquiparatur. quū
igitur ad reſtitutionem receptæ pro dimidia tantum te-
neatur pariter ad reſtitutionem acceptæ pro virile tantū
tenebitur. & ſm hanc opinionē videtur conſuluiſſe Bart.
in cōſi. cxxxiiii. incipiente ſtatuto ciuitatis eugubii circa fi.
ibi præterea hoc ꝓbatur, & ibi præterea cōtendo duas
rōnes pro hac parte facit, & loquitur non cōſiderata mo
ra debitoris, vt rōnes demonſtrant licet in caſu ſuæ cōſul-
tationis adeſſet mora, & ibidē in p̄cedentibus vnam ra-
tionem adducit in moroſo tamen in ſequentibus idem
vult clare, etiam mora ceſſante: Allegata vero ad oppoſi
tum procedunt, & loquuntur in dote promiſſa, & cōfeſ-
ſata hæc quæ dicimus in recepta.

Quarto noto ibi teque parato iunctis ſequentibus ibi
poſt oblatā ſufficere oblationem debitæ quantitatis, vt
ex contractu poſſet uenditor agere * eſt ergo ſm Paul. de
ca. hic. caſus contra Bar. in. l acceptam. C. de uſur. vbi pręter oblationem conſignationem, & depoſitum requirit 23
prout tenet etiam ibi Bald. in. v. quæſtione.

Sed ad hunc tex. reſponderi poteſt ſic fuiſſe conuentū
ut oblatione facta fundus reſtitueretur ita verba ſonare
uidentur ibi, intra certum tēpus obtuliſſent reſtitueretur.
lex ergo cōuentionis talem operatur effectū pro Bal. ta-
men, & Pau. de caſt. unde tex. in. l. ſi per te. C. de uſur. Io.
an. in addi. ad ſpec. in rub. de emp. & vend. col. i. Alex. in
conſi. xcii col. penul lib. i. Soci. in conſi. lxxx. col. iii. Iaſ. in
l. ſi ita quid in. §. leya. ff. de uerbo. oblig. & facta oblatio-
ne precii ad fundum agi poterit, antea non obſtante ex-
ceptione precii non ſoluti. l. iul. § offerri de act. emp. cum
not per Cor. in con. cclvi. uol. i. Dec. in conſi. cxix. col. i.
& Mod. bonon. ſ. in. iiii. qōne concluſione. iiii.

Vtrum uerbalis * ſufficiat oblatio aut realis exigatur
colligite ex dictis Iaſ. in. l. qui romæ in princ. in ii not. de 24
verbo. obliga. & Moder. de fano in trac. de pignor. fol.
xluii. cum ſequentibus.

Quinto nota. ex textus. ibi ut contractus fides ſeruetur
fidem in quolibet contractu ineſſe quæ ſeruari debet * ut
etiam habetur in. l. i. ff. de conſti. pecu. declarando, ut per 25
Feli. in. c. ſecundo col. vi. uerſi. nec obſtat de ſponſ. cū his
quæ allegaui in. l. ſi quis maior in. x not. C. de tranſa.

Sexto noto * ꝙ ex pacto incontinenti appoſito iuxta
contractū bonæ fidei. oritur actio p̄ſc. uer. & antiq̄ ex cō- 26
tractu informatur, ut & ad id quod in pacto deuenit dēt
de q̄ in l. petens. C. de pac. & in. l. lecta. ff. ſi cer. pe.

Septimo noto ibi habita rōne eorum quæ poſt obla-
tā quantitatem functis præcedentibus, ꝙ in actione preſ.
uer. & ſic ſtricti iuris a tempore moræ habetur rō fructuū
* uidetur refragari tex. in. l. cum fundus in princ. ff. ſi cert.
pet. ubi. acceſsiones in contractibus ſtricti iuris ueniunt a 27
tempore litis cont. tantum. Sali. hic reſpōdet iſtud eſſe qa
petitur quod aliquando meum fuit. l. videamus. § ſi actio
nem. ff. de uſur. notant Alex. Iaſ. & alii in. l. pacta quæ cō
tra col fi. ff. de pac. & hoc caſu actio præſcr. uerb. habet na
turam bonæ fidei ſm Alex. & aquen. ibi. idem dicit hic
Bald. & reputat not. nec altera ſuperflua eſt licet utraque
actio ſit bonæ fidei, ut per Alex. in. d. l. in bonæ fidei.

Octauo noto * ex fi. l. emptorē a tēpore moræ, & ſic
poſt oblatum precium ad reſtitutionē fructuū ex fundo 28

reſtituendo perceptorũ teneri: Adde Soci in conſ. lxxx.
col.iii lib.iii & Io.de anna.in.c.conqueſtus col.iii.de vſur.
vbi aſsignat rõnem quia per pactum de retrouẽ.in uẽdi-
torem ipſo iure facta oblatione re transfertur dominium
per.l.ſi cum venderet.ff.de pigno. ac ideo precii oblatio-
ne ſecuta emptor ex re aliena fructus dicitur pcipere meri
to illorum rõ habenda eſt.idem voluit Paul.de caſt.in.d.
l ſi cum venderet ad fi.cõmenti quę rõ parui momenti ui
detur eẽ. nã ex tali pacto de retrouẽdẽdo oritur pſonalis
actio tantum. Nec verum eſt ꝙ transferatur dominium,
vt in.glo.dicetur, imo emptor nõ tenetur, retrouendere.
Melior igitur rõ eſt ſiue loquamur in pacto de retrouen.
ſiue de reſtituendo fundum: quia peto quod aliquando
meum fuit, & per actionem bonæ fidei ideo vt in ſepti-
mo not.diximus a tempore moræ veniunt fructus intel-
lige in emptore ſecus in hærede: niſi tempore oblationis
de pacto de retrou.fuiſſet facta fides, vt in qõnib.dicetur.

Glo.j.diuiditur in duas partes in.i.tex.in uerbo lege in
terpretatur ideſt pacto,qđ ex natura huius ti.& ex ſequẽ
tibus ſatis conſonat. Eſt etiam pactum inter partes initũ
lex priuata * vt ſupra de pac.l.legẽ cum ibi not. per Iaſ.&
29 alios. priuatorũ.n.contractus legem ex conuentione acci
piunt,ut dicitur.§.ſi conueniat.l.i.ff.depoſ.

Ex ſecunda parte glo. colligite ꝙ pactum in hac.l.rela
tum non eſt pactum.l.cõmiſſoriæ, & ſic facta precii ob-
latione non retransfertur dominium in primum vendito
rẽ ſicut in pacto.l cõmiſſoriæ, qđ & tituli natura, & ma
teria aperte, oſtendunt, quicquid dixerit Pau.de caſt.& ſe
quaces per tex.in.l.ſi cũ venderet ff. de pign.ac quædam
inferentes de quibus.j.in quæſtionibus.

Glo.ii.tenet expreſsionem hæredum hic fuiſſe * neceſ-
30 ſariam per.l.ſi pactum.ff.de probat. quã Sali. intelligit lo
qui in cõuentione, nõ in implemento cõditionis.l.ſi decẽ
cũ petiero. ff.de verb. obli. cui põt reſponderi, vt ibi per
Bart. & diximus.ſ in rationibus dubitandi & decidendi.

Regulã autem.d.l.ſi pactum exornare poteris ac extẽ-
dere * ex dictis per anchar. in conſi. cccxix. & cccxxvii.
31 Ang.in cõſ ccxxviii.ex themate in.v.dubio Pau.de ca.
in conſi.cclxxxii.col.fin. in antiquis Corn.in conſi.xxx.
lib.i.Soci.pulchre in conſi cxlii.col.ii.Aret.in.l ſi ſic ſtipu
latus col.iiii cum ſequenti ff.de verb.obliga.Iaſ.in.l.ſi ſti
chum in.§.ſtipulatio.& in.l.ſi ſit ſtipulatio eo ti.Dec.in.l.
vnica in ſecundo not.C.quãdo nõ per.par.& in cõſi.262
Ripam libro tertio de donat.& gra.c.xvi.

Glo in verbo dabitur colligit * ex tex. duas actiones
32 oriri ex pacto hic relato pluribus comprobans: ſed & ſi
doct. ſimpliciter cum ea tranſeant, aduertendum tamen
eſt quia ex tali pacto actio præſcri. verbis ſolum oritur.l.
in bonæ fidei.C.de pac.actio autem ex vendito nõ oritur
ex pacto ſed prima actio ex uendito cõpetens informa-
tur a pacto per quã informationem extenditur. vt ad id
quod in pacto deuenit competat. l.iuriſgentium. §.quinĩ
mo.ff.de pac.declarant Bart. & doc.in.d l.in bonæ fidei,
& in.l.petens * & hæ actiones oriri dicuntur ex diuerſo
33 fonte.vt Bar.& Bal.ſ. relati dixere, ut etiam declarant Si
gnorol.in conſi cxl.col.i. Curt. ſenior conſi.xii.col.ii.i.&
Iaſ.in.l ſi vir de præſcriptis uerbis.

Ex quo infertur ꝙ actio bonæ fidei a * pacto informa
34 ta remanet bone fidei etiam quo ad deducta in pacto: ita
probatur hic ſm Bart.in.d.§.quin mo col.iii.Soci.lxxx.
col.iii.lib.iii.& galliaulam.in.repet. §.cato col.xiiii.uerſic.
ii. ſit concluſio. & eſt realis declaratio quicquid dixerit
Deci.in.l.pacta quæ contra col.pen.& fi.ſ.de pact.& qui
dam alii Moder.alibi.

Glo. in verbo oblatam exigit conſignationem, & de-
poſitum per.l ſi a te.ſ. eodẽ quæ vt declarat Paul. de caſt.
ſupra in ſecunda col. non facit ad propoſitum, vt tetigi.
ſupr.in.iiii.notabil.

Glo.fin pro concordanti citat. l.ſi.fundus de.l.cõmiſſ.
quæ parum facit melius comprobatur in.l.lege fundo,
eo.titu. * & licet hic tex.dicat peruenerint habenda eſt tñ 35
rõ fructuum quos honeſte percipere potuiſſet, licet non
percepiſſet, tales.n.fructus poſt morã veniunt. l. fructus
ff.de rei vendic.l.Curabit cũ not.C.de actio.empto.

Deueniamus ad quæſtiones * & .j.examinemus vtrum 36
ille cui factũ fuit pactum de retrouen. ſi nolit aut nõ poſ-
ſit redimere, facultatẽ redimendi alteri cedere poſsit ita'ꝙ
ceſsionario fieri debeat, poſtmodũ retrouen ang.poſt Pe
trum in.l.ad officium. C.cõmuni diui determinat ꝙ nõ
per no.ibi.per doc.de conſorte. ꝙ intra annum virtute cõ
ſuetudinis vel ſtatuti extraneo rẽ venditam pro eodẽ pre
cio poteſt redimere, et tñ alteri ius redimendi prohibetur
cedere, vt per Signorol. in conſi. lxxxi.col.ii Ro. conſi.
cccclxxxiiii.Barb. conſi.li.numero, xxv.lib. primo, Rui
num in conſi.lxxii lib.i.Bru.in conſi.lxxx.col.penul.ſe-
cundo pro opin.Ang. * facit tex.in.l.ſi mulier, in.§.ex aſ- 37
ſe ff.de iure dot vbi ius fideicõmiſsi alteri cedi nõ poteſt
& tñ ad hæredem tranſmittitur. l.cogi.§.idem metianus.
ff.ad trebe.not.in.l.apud iul.in.§.vtrum eo.tit. ergo pari
ter ius iſtud redimendi nõ debet poſſe alteri cedi, licet ad
heredem ſit tranſmiſsibile. tertio comprobatur ex gloſ.
ordinaria in.l.cum fundum in uerbo poſtea.ff.de vi & vi
ar.volente ius recuperandi poſſeſsionem auctoritate pro
pria ſpoliato competens per viam ceſsionis transferri nõ
poſſe argum.l.quis ergo caſus.ff.de pecul. ita dicendũ vi-
detur in facultate redimendi rem venditam: quum ſit cõ-
templatione ipſius uenditoris conceſſa, ꝙ alteri non poſ-
ſit cedi. Ad idem & quarto facit text. cum not.in.l.grac-
chus C. de adul.vbi ius uindicandi iniuriam marito per
adulterum illatam cedi nõ poteſt niſi filio. Ergo nec iſtud
ius redimendi tertio cedi poterit.

Sed contrarium eſt verius ꝙ ius prædictum eſt ceſsi-
bile primo, quia ꝙ iuris eſt de aliquo, illud idem eſſe de-
bet de alio per ꝙ peruenitur ad illud.l.oratio.ff.de ſpõſa.
l.ad rem mobilem.ff de procur. cum vulg. ſed venditor
rem ſub rechato vẽditam redimere & extraneo poſtmo
dũ vendere poteſt: quia libera ad eum tranſit ergo pari-
formiter ius redimendi cedere, per ꝙ peruenitur ad redẽ-
ptionem ipſius, vt voluit Pau. de caſt.in conſi ſ.allegan-
do, faciunt quæ ad regulã.d.l oratio in materia pacti de
retrouendendo ſcribit Pariſius in conſi. xcii. col.fi.lib.iii.
ſecundo per tex.§.fin.l i.ff.de oper.not.nuncia. vbi credi
tor habens ius ingrediendi debitoris fundum auctoritate
propria, alteri poteſt id cedere quum ſit ius ꝙ extra iudi
cium exercetur ut ibi per Bart. Ergo ſimiliter hæc facul-
tas redimendi quæ extraiudicialiter exercetur, cedi pote-
rit: pariter interdictum unde cedi poteſt. §.iulianus. l.quiſ
ſi in diem.ff.de peti.her. & rei uendicatio. l ii. ubi glo. &
Bal.C.de litigio. ac tenuta, & miſsio in poſſeſsionem.l ſi.
§.ſin autem hi, vbi Sal.no. C.de bo.auc.iudi. poſ. Et offi-
cium iudicis Bal.in.l.ex legato ad.ſi.C.de lega. victoriæq;
& ſententiæ cõmoda cedi poſſunt.l. debitori. C.de pact.
Bald.in conſi.xxii lib.ii.dicens ceſsionem iuris executiui
ex ſententia pura fieri, poſſe et ceſsionarium habere exe-
cutionem paratam, quia tale eſt ius creditoris, quale obli
gatoris vt etiam per areti.in. l.i.col. pen.ad fi.ff. ſi cer.pe.
facit etiam tex. l.ſi ſtipulatus fuerim cum ibi not. de ver-
bo oblig.& .l.per diuerſas C.man.

Quum igitur ex prædictis ſatis conſtet perſonalia iura
cedi poſſe, cur non idem dicemus in iure redimendi quũ
perſonalis ſit actio: vt per alex.in conſi.x. lib.i. & .j.latius
dicam.& hanc opinionem tenuit Pau.de caſt.in cõſi.xlv.
in antiquis Iaſo.in.d.§.fin.col.iii.Dec.conſi.clxiiii.circa fi.
referens conſilium Pau.præallegatum ꝙ approbat & ex
tollit, comprobatq; Barb.in conſi li. col.xviii uol.i.Ale.
cõſi.ccxxviii.& .ccxxxii.uol vi. Ange.Aret.i.§.præterea
el.ii.col.xxiii.inſti.de excep.Pariſi.in præalleg.conſi. xcii.
ad fin.Dec.cõſi.dcxiiii.col.ii.dclxxx.col.finali.& dcxlviii
& cccccxliii. ubi conſuluit quod ille qui poteſt redi-
mere, eodem modo redimenti conſentire ſic enim

per alium redemiſſe ipſe videtur.

Non obſtant in oppoſitum adducta. nã ad primũ fundamẽtum Ang. in. d. l. ad officium rñdent Paul. & Barb. in conſiliis præal. alia rõne pactũ reformari: nã fauore cõſortum diſpoſitum eſt in extraneum rem alienari nõ poſſe, quæ diſpoſitio offenderetur ſi ius redimendi extraneo cedi poſſet: quia a re ipſa excluderentur conſortes, quorũ fauore conſtitutio facta fuit. hinc eſt, ꝙ ius protomiſeos, ſeu congrui non poteſt alteri non vicino cedi: quia ex cõiunctione ipſa naſcitur, niſi & res vicina, & coniuncta ſimul cedat, & ea mediante coniungatur ceſſionarius, ꝑut erat cedens ſm Bal. in tractatu de iure protomiſeos, in. ii. qõ. & Mathe. de afflic. in princi. ipſius conſti. in vlt. not. q̃ rõnes ceſſant, in caſu noſtro & ubi prędictum ius non viget. Ad ſcd̃m de. §. ex aſſe, vbi ius fideicõ. cedi nõ põt, & ſi ad hæredem tranſmittatur quemadmodum et facultas eligendi in alternatiuis viuente ſtipulatore cedi nequit, ad hæredem tamen tranſit ſtipulatore ante electionem mortuo. l. ſi ſtipulatus fuerim. ff. de verbo. oblig. & in actionibus directis quæ oſsibus noſtris ſunt affixę inſeparabiles, & non ceſsibiles. l. quis ergo caſus. ff. de pecul. glo. l. iii. ff. pro ſocio, & tamen tranſeunt ad hæredem: quia eadem perſona cum defuncto cenſetur, vt in auten. de iur. iur. a mor. præſtitu in princip.

Reſpondeo, ꝙ alia eſt rõ. §. ex aſſe, & ſi bene aduertatur ponitur ibi in tex. quia reſtitutio non fieret ſm diſpõnem teſtõris ſi cedi poſſet. Item non fieret ſm uerba ſenatuſcon. trebel. quod neceſſarium eſt vt actiones ex trebelliano tranſeant, vt per Alex. & Iaſ. in. l. ſi ſtipulatus fuerim. ff. de verborũ obligationibus. Item ſi ceſsio fieri poſſet, cogerentur creditores debitoris nomen mutare contra textum in. l. ſi mandato meo in. §. i. ff. manda.

Et ex dictis Alex. & Iaſ. in d. l. ſi ſtipulatus fuerim, & Iaſ. in l. ſi conſtante, col. fina. ff. ſoluto matrimo. & Cur. iunior. in cõſi. iiii. col iiii. ſolui põt dubitatio Bart. in. d. §. ex aſſe, dum ait ſi fideicõ. eſt tranſibile, ergo deberet etiam eẽ ceſsibile contra hunc textum non. n. bonum eſt argumẽtum affirmatiue * tale quid eſt ad hæredem tranſmiſsibile,
38 ergo ceſsibile, ſed negatiue procedit non eſt tranſmiſsibile, ergo nec ceſsibile, ita proprie arguit iuriſconſultus in. l. ſi ex pluribus ff. de adminiſtra. tuto. rõ eſt: quia arguere de maiore & ſuperiore ad minus & inferius, & ſic negatiue licet. d. l. ſi ex pluribus: affirmatiuæ autẽ non quia nõ ſunt paris potentiæ ſuperius & inferius ſm præal. & glo. notab. in ca. cum in cunctis, in principio de election.

Iterum diligenter aduertendum eſt circa caſum. d. §. ex aſſe quem doct. vbiq; ſingu. faciunt, vt per Bal. in capit. nõnulli, col. vi. de reſcrip. Iaſ. in dicta. l. ſi ſtipul. fuerim co. prima, Ang in. l. apud iul. in. §. vtrum ff. ad trebellia. quia in oppo. videtur tex. in. l. ſi ſeruo inuito. §. fin. ff. ad trebel.
39 vbi gloſ. oppo. formauit. vult enim. * fideicõm. poſſe cedi vendi, & donari idq; impune fieri poteſt: ita Ful. & Cõmenſ. relati approbatiq; per Iaſonem in. l. i. col. fina. C. de pac. & per ſcriben. cõmuniter. vt dixi in. l. fina. C. de pac. quia de rebus mortui agitur, facit tex. l. ſecũdæ. C. de pac. & de hæredi. vel actio. ven. per totum titu.

Hũc nodũ ſoluit Ange. in. d. §. vtrum dicens, q. in caſu qui ſibi contigerat ille cui per fideicõmſ. reſtitui debebat hæreditas. Iura oĩa quæ in hæreditate habebat vendidit, & in locũ ſuum emptorem poſuit. dicebatur non poſſe emptorem compellere hæredem ad adeundum, nec ſi adierit ad reſtituendum. d. §. ex aſſe. Recte allegabatur dicebat Ang. ſi emptor ſibi petiiſſet reſtitui. Ita ꝙ ius fideicõ. & oĩs eius effectus in perſona ipſius emptoris qui ꝓcurator eſt in rem ſuam initium ſumeret. ita ꝓcedit. §. ex aſſe quia ibi fideicõmiſſarius alteri hæredem delagauit. & promiſit hæres oẽ, & totum id quod fideicõm. debebat, & ſic neceſſario ius fideicõm initium ſumebat in perſona eius cui delegatio facta fuerat, tunc refragantur rõnes ad illum tex. aſsignatę: ſed ſi procurator in rem ſuã, & ſic ceſſionarius peteret cogi hæredem adire, & hæreditatem reſtituere eius uenditori ad vtilitatem tamen ipſius ceſsionarii prout dicit ang. in qõne ſua procederet libellus. ſic intelligitur dicit. § ſi l. ſeruo inuito, &. §. ex aſſe quãdo per viam delegationis fieret iuſtum ceſsio. et ſequuntur Imo. & rapha. cõm. in. d. §. ſi. & Alex. in. d. §. vtrum col. i. imo hoc voluit glo. d. § ex aſſe.

Et ſi dicatur ante factam reſtitutio. fideicõ. nullum ius habet fideicõmiſſarius ergo nihil videtur poſſe ipſi ceſsionario cedere niſi ius cogendi, quod habet, ſiue ſit actio ſiue ſit officium iudicis ſm not. in. l. quia poterat ff. ad trebel. vnde poſito ꝙ ceſsionarius petat fieri reſtitutionem fideicõmiſſario, vt dicebat ange m̃ præcedens ceſsio ſibi facta nõ potuit ius transferre, quod nõdum habebat videtur ergo neceſſaria noua ceſsio poſt factam ſibi reſtitutionem. Reſponde ſm aquenſ. in. d. §. vtrum etiam iura futura cedi poſſe * iuxta ea q̃ hñr in. l. ſtipulatio hoc mõ 40
concepta. ff. de verb. oblig. & in l. i. & ſi. ſ. de pact. & J. de collat. in. l. pactum, & ſic neceſſe eſt intelligere dictum ange. & præall. quando verba ceſsionis reſpicerent etiã ius de futuro, vt quia ceſſum eſt ius competens, & quod in futurum competere poteſt.

Inuenio etiam ꝙ Cur. in. l. ii. C. de pact. improbat prædictam declarationem ang. & Alex. per tex. §. ex aſſe vbi ne mulier indotata remaneat ob nimiam ſubtilitatem, et facti neceſsitatem permittitur agi eo modo quo præfati doct. dixerunt ergo regulariter ſecus: ideo in qõne facti ſe talem adhibuiſſe cautelam ait, quod cedens ius fideicõ. per ſtipulationem ſub pœna refectioneq; dãnorum expenſarum, & intereſſe quod eueniente caſu fideicõm. ipſe agat, contra hæredem grauatum ad reſtitutionem fideicom. & quicquid conſequetur mihi dabit, & reſtituet.

Aduerte. j. inquantum dicti Mode. dicunt adueniente caſu ſentiunt fideicom. ſub conditione relictum mõ prædicto cedi poſſe, quod non procedit ita indiſtincte: ſed prout dicam ad ſi. præſentis qõnis. & practica eorũ eſt magis diſpendioſa, & cũ maiori difficultate quã Ange. Nec reſpondent ad caſum. § ſi l. ſeruo inuito.

Ad. §. ex aſſe ab eiſdem ponderatum per locum a ſpeciali reſpondeo ꝙ ibi muliere iubente hæres per uiam delegationis promiſsit marito ꝙ mulieri, ex cauſa fideicõ. debebat videbatur non poſſe actum ſubſiſtere propter delegationem quę in ſimilibus fieri nequit, ut ibi dicitur. deciditur tamen ibi ꝙ valeat non uia delegationis, ſed vt fauore cenſeatur reſtitutum fideicõ. mulieri, & poſtea mulierem pro dote eam partem hæreditatis marito ſoluiſſe. iſtud eſt quod dicit tex. in illis verbis ea ſuo marito pro dote eam partem ſoluerit: quia ad eum fideicõ. & eius onera pertinent. hoc modo conſideratur ſpecialitas per iuriſconſultum in. d. §. ex aſſe.

Dicunt etiam præfati Moder ſicuti hæreditatem vendens adire cenſetur, quum ſolo aĩo adeatur hæreditas. l. Paulus reſpon. per procuratorem ff. de acqui. hær. Quare ſimiliter in. §. ex aſſe ex quo hæres grauatus conſentiebat, non inducitur reſtitutio fideicõ. quæ ſolo verbo fieri poteſt. l. reſtituta ff. ad trebell. Reſpon. ꝙ id eſt quia per viã delegationis eam reſtitutionem facere volebant quod. vt ibidem dicitur eſt impoſsibile.

Poſtremo intellige prædicta de ceſsione, & tranſmiſſione fideicõ. puri * ſecus ſi eſſet ſub conditione vel in diẽ incertũ relictum vt per Iaſ in. l. cũ ſcd̃m col. ii. C de fideicom. Soci. in l. hæredes mei in. §. cum ita col iii. cum ſeq. ff. ad treb. Dec. ſ. cõſi. ccclxix. cccxcvii. cccclxv. cccclxxviii. cccclxxx. col. iii. cccccxv. cccccdxxiiii. & cccccxciii. 41

Ex quibus videtur ꝙ perperam cõſuluerit Fuig. in cõſi. cj fideicõ. conditionale donari & cedi poſſe in præiudicium aliorum ſubſtitutorum. ipſorum. n. intereſt conditionem aut mortem hæredis grauati expectare ut ſi interea vnus ſubſtitutorum uel fideicõmiſſariorum prædecederet alii per ius accreſcendi admittantur ad partem præ

defunctl.l.vnica.§.ſinautem verſic. quod ſi in medio. C.
de cadu.toll Bar.In cõſi liii. Bal.& Imol.in.l.ſed ſi plures.
§.ad ſubſtitutos.ff de vulg.& Ioã. de anna.in cõſi.cii.col.
ſi.propterea ante conditionis euentum aut diem mortis
hæredis grauati. quæ æquipollent.l.i.ff.de cõd.& demõ.
l.iiii.ff. qñ dies leg. vel fideicõ. ced.non videtur licere ceſ-
ſionem vel donationem talis fideicõ.facere in præiudiciũ
alterius vt etiam probatur.in.l.vxorem in.§.ſeya.maritũ.
ff.de leg.iii. Illud autẽ ꝙ dicebat Fulgo. poſſet procedere
qñ nullus alius eſſet ſubſtitutus aut fideicommiſſarius, de
cuius præiudicio ageretur, vel qñ vitio cedente ipſum fi-
deicõ.fuiſſet purificatum Et ſic not.ꝙ licet poſſim vende
re,cedere aut donare fideicõ. poſt mortem talis hæredis
grauati mihi debitum vt.ſ.retuli velle Cõmen.& Iaſ.tñ ſi
taliter cedens decederet ante hæredem grauatum. Ceſſio
nullius eſſet momenti in præiudicium hæredis grauati.
d.l.i.de cond.& demon.&.l.iiii.qñ dies lega.ced.

Ad tertium de glo l.cũ fundus in verbo poſtea reſpõ-
de ꝙ imo facultas illa ingrediendi poſſeſsionem auctori-
tate propria cedi põt: dũmodo ceſsionarius ciuiliter in-
grediatur, vt per Alex.in.d.§.ſi.de no.oper.nũ.col.ii.vbi
ſaluat opinionem Io.gloſſatoris alio caſu. & reſpon. etiã
ad.l.gracchus quam ſupra ad opp.allegaui dequibus tan
git etiam Aquenſ.in repet.l.vt vim ſol.penu.in verſi. ſuc
cedat alia qõ, Fel.in cap. quæ in eccleſiarum col.iii.& ſe-
quenti de conſti.& Hyp.bonon.in no.cixxv.

Limitaui aliàs prædictam cõmunem concl'onem qñ
facta eſſet conuentio, ꝙ ipſe venditor tãtum, et de ſua pe
42 cunia poſſet redimere.* vt ſæpe obſeruatur.tunc.n.ceſsio
fieri non poſſet, ſed conuentio ſeruanda eſſet.l.i.§.ſi con-
tueniat.ff.depoſ.cum accumulatis per Dec in cõſi. cccxii.
col.ſi.facit tex.in.c.ſi.in.§.l.de offi.deleg.& Roma.in cõſi.
cccclxxxiiii.Et tñ hoc caſu tale ius filio cedi poſſet, vt vo
luerunt hic Mod bonõ.quia, & ſi electa ſit induſtria per-
ſonæ actus tamen per filium explicari põt ideo pater per
filium ſubſtitutum legere põt, ut tradit Roma.in ſingula.
Aret in.l.nemo.ff.de duob.reis.Felin.in capitu.afferte col.
fina.de præſump.faciunt quæ adducunt Alex.et Aquẽ.
in locis proxime allega.Aquenſ.in.l.ſi ita quis in.§.ea le-
ge,col.iiii.uerſic item ex iſta.ff.de ver. obliga.& Dec.pul
chre in conſi.cclxii.col.ii &.iii.

Secundo principaliter * quæro an pactum de retrouẽ
43 den. ſeu redimendi facultas ad hæredem tranſeat glo. ii.l.
noſtræ decidit ꝙ ſic.ſequuntur Bar Bal.& cõiter ſcriben.
ac Bar.met.Iaſ.& alii in.l.ſi decem cum petero.ff.de ver-
bo.obli.conſuluit Deci.in conſi.dcxiiii.&. dclxxx.col.ſi.
& probari poteſt:quia cum hæredes inſtituti ſumus adi-
ta hæreditate omnia quidem iura in nos tranſeunt.l.cum
hæredes.ff.de acqui.poſſeſ.& ſic etiam ius redimẽdi. præ
tereà facilius quid tranſmittitur ꝙ ceditur, vt in præcedẽ
ti qõne diximus, & declarat Cur.iunior in cõſi.iiii.col.iiii.
ſed ius redimendi, vt conclusum vidiſtis ceditur, ergo &
tranſmittitur.Ex quo patet ꝙ in terminis noſtræ.l.hære-
dum expreſsio neceſſaria non fuit factiq; contingentiam
potiuſquam iuris miſterium denotat.

44 Tertio quæro* vtrum quæ dixi in tranſmiſsione locũ
habeant, qñ inter emptorem & venditorem actũ eſſet, ꝙ
tantum ipſe venditor intra tempus præfixum poſſet redi
mere, vt ad redimendum hæres admitti debeat uidetur,
ꝙ ſic quia hæres & defunctus vna eademq; perſona re-
45 putantur.§.i.in auct.de iur. iur.a mor. præſti.*per quem
tex.dicit Soci.in conſi. ccxcili. præſens conſultatio col.i.ꝙ
ſermo teſtatoris dicitur proprius ſermo hæredis & ideo
hæredi opponi non poteſt, ꝙ in inſtrumento non ſit no
minatus: quia nominato titio eius heres nominatus vide
tur Bal.in.l.i.col.i. C.quorum legatorum & factum hæ-
redis reputatur factum defuncti, Ang.in conſ clxxxv. in
cip.Brunel. vnde factum nomine defuncti per hæredem
ratificari poteſt Bar in l.bonorum , col.ii.ff rem ratã ha-
be.taxatiua tantum non excludat heredem Bald. in.l.fin.
circa finem.C.de actio.emp.dicens, ꝙ licet quis promiſe-
rit pro facto ſuo tantum, hæredis tamen cõtinetur factũ:
quia taxatiua extraneas perſonas non ſucceſſores exclu-
dit.l.ſtipulatio iſta in principio.ff.de verb. obliga. facit.l.
ob æs cum glo.C.de præd.minor.confirmatur: quia quũ
pactũ iſtud ſit contra ius cõmune ſatiſq; operetur reſpe-
ctu extraneorum intelligi debet, vt minus ꝙ ſit poſsibile
iuri cõmuni derogetur argum.l.ſi quando.C de inoffi.et
teſtamen. uerba contra proferentem interpretari debent.
l.veteribus. ff.de pactis. Et quia hoc modo reducitur res
ad ius commune, quod eſt fauorabile iuxta gloſ capitu.
ſtatutum in verbo numerandũ de præben. in.vi. & not.
per Dec.in conſi. cclxxxi.

Sed contrarium verius videtur per doctri. Bar.in.l.ꝙ
in futurum.§.i.ff de pac.* vbi vult taxatiuam,tantum & 46
ſimiles operari, ꝙ pactum in hæredem non tranſit per.l.
niſi.eo.tit.& l.non ſolum in § tale.ff.de lib. lega. vbi ſi te
ſtator dixerit a titio ſolo peti nolo, poterit ab eius hære-
de peti, ut etiam tradit Bar.in.l.ſi ſic, col.ii.ff de verb.ob.
Et Mod papien.in principio.l.vnicæ.ff.ſi quis ius dicenti
non obtemperauerit, col.ii. ſequentes doctrinam Bart.
Aret & Alex.ꝙ taxatiua a partibus poſita excludat per
ſonam hæredis per d.§.tale.quamuis econtrario ſi cõue-
nerit hæres ſe velle teneri tantum de facto ſuo. teneatur
etiam de facto defuncti cuius factum reputatur factũ hæ
redis ſm veras & cões ſcribentium concluſiones, ut per
Ale.& alios in.d.l ſtipulatio iſta in principio, col.ii.Deci.
in prælleg.conſi.cclxxxi.& Aretin.in.l hæres in omne.
ff de acquiren.hæredi.

Secundo principaliter pro concluſ prædicta in termi-
nis qõnis ſupra formate pondero tex.noſtrum ibi ſiue ip
ſi, ſiue hæredes eorum iunctis ſequentibus, vult.n.ꝙ pro
nomen ipſe ipſa ipſum ſit demonſtratiuum ad oculũ. Et
conuentionem per tale pronomen factam eſſe perſonaliſ
ſimam: quia niſi additum in hac conuentione fuiſſet, ſiue
hæredes eorum, hæredes non potuiſſent offerre, & redi-
mere, ſed tantum ipſi venditores nominati. Et ꝙ prono-
men ipſum ſit demonſtratiuum ad oculum, & ideo con
uentio vel prohibitio per tale pronomen facta ſit perſo-
naliſsima conſuluerunt Bal.lib.quinto in conſi. ccciii.in-
cip.nobilis Gemi.cõl cviii.co.i.Cur.ſenior cõſ.l.co.ix.ii.
Iaſ in §.dui,col pen.vbi Rip xxvii.

Simile de pronomine hoc, ut per illum tex.no.omnes
doct.in l.i.in princip.vbi Iaſ.in glo.l.ff.de noui oper.nun
cia.Dicendo ergo ipſe venditor in qõne predicta apparet
conuentionem perſonaliſsimam iniiſſe ergo &c.

Allegata ſupra in contrarium locum habent, & proce
dunt conſiderata fictione, & quando non eſſet appoſita
taxatiua qua appoſita apparet de mente contrahentium
reſtringentium conuentionẽ ad perſonas nominatas pro
pterea illas non egreditur facit.l.iii.cum ibi not. Infra de li
ber.præte glo.in l.ſi in venditione in ſi. ff cõmunia præ-
dior, ꝙ in contractibus inſpicienda ſit mens contrahen-
tium cum multis accumulatis per Alex. in conſi.xxiiii.
in fine li.ſecundi, Dec in cõſi.ccli.co.ſi.ccccclv.&.dcxcvii.
& Iaſ in conſi.lxxxiiii. lib iii.Item non procedunt, qñ eſ-
ſet expreſſum in conuentione pronomen ipſe perſonaliſ-
ſimam ut dixi conuentionem reddens. Ad deciſionẽ Bal.
de taxatiua tantum nõ excludente perſonam hæredis. re
ſponde de iure non procedere, ut per Ale.in l.ſtipulatio
iſta in primis col.ff.de verbo.obli.& Aretin. in d.l.hæres
ubi aliter reſpon.ad.d.l.ſtipulatio iſta, & maxime qñ ad-
ditum eſſet dictum pronomen ipſum perſonalitatem im
portans, tamen in contingentia facti tollẽdo omnem du-
bitationem ſat mentionem de hærede includẽdo uel ex-
cludendo ſm intentionem contrahentium, prout fecerũt
uenditores in alienatione in l.noſtra relata.

Quarta qõ* promiſi ſub certa pœna intra menſem ce- 47
dere tibi ius redimendi fundum a me ſub rechato aliena-
tũ hoc tempore abſens es quid faciendum, Bald.in.c.pri-

mo de beneſic. fratris in vſibus feudo. quia culpæ expers
ſum pœnã me negat incurrere maxime per notã. Innocẽ.
in.c.ſignificante de pigno. dat tamen cautelam ad tollen-
dum dubium, vt in manibus tabellionis pro abſente reci
pientis faciam ceſsionem prædicti iuris, & ſequitur Alex.
in.l.apud iul.in.§.verum, col.i ff.ad trebe.

48 Quinta ſuccedit qõ * ceſsi titio abſenti facultatem redi-
mendi fundũ ſub l.rechati a me alienatum notario ꝓ ab-
ſente ſtipulanti, aliter.n.inutilis foret ceſsio abſq; ꝓcurato
re nuncio vel epiſtola, vt per Alex.in.d.§.verum: ſed mõ
prædicto ſubſiſtit quum notarius abſenti acquirere, et ſti
pulari poſsit.l.non aliter.ff de adop.c.quãq; à de vſur.in
ſexto Barto. & alii in l.ſtipulatio in §.ſi ſtipuler.ff.de ver
borũ obligationibus. Nunquid ſi moriatur abſens alio.
non facto euaneſcat ceſsio prædicta. Videtur ꝙ ſic quia
49 ſtipulatio notarii non facit ꝙ abſenti ius queratur * niſi ſe
quuta ratificatione, vt tradit Pau.de caſt in conſi.cxcv. vi
ſis his in antiquis, & Dec.conſi.ccxxvi.. & dclxi.col fina.
vbi tñ poſt Bal. & alios dicit non eſſe locum pœnitentiæ
vel reuocationi ceſsionis aut donationis. Si ergo redimẽ-
di labatur tempus vel moriatur ille pro quo notarius eſt
ſtipulatus ante ratificationẽ inutilis eſt ceſsio. Sed quãdo
tempus redimendi nondum præteriiſſe videtur ab hære-
de poſſe rem ratam haberi, quiquidem heres defuncti no
mine factum ratificare poteſt, vt per Bart.in.l.bonorum,
col.ii.ff rem ratam haberi. Sexto loco eſt excutienda qõ
antiqua. & totius præſentis materiæ clauis & fundamẽ-
tum. * An pactum de retrouendendo cum modicitate
50 precii rei emptæ faciat contractum ſimulatum cenſeri, &
factum in fraudem vſurarum. Hoc eſt re vera contractũ
fuiſſe pignoratitium, in quo fructus non ſolum percepti:
ſed et qui percipi potuiſſent in ſortem imputantur. l.ii.C.
de pigno.acti.ca.prio de vſur. & c.cũ ẽ cũ glo, de pigno.
ſed in forma venditionis celebratum fuiſſe, ut ſic lucro fi-
ctæ ementis fructus cederent, ut per obliquum lex frauda
retur adeo acerrime inter doct.in hac qõne certatum eſt,
vt ſecundum Bartho.veronen.in trac.de ſimul.contract.
col.i. ſexti caſus quænam pars præualeret adhuc ſub iu-
dice eſſet lis.

Duæ ſunt principales opiniones in iſto artic. Prima ꝙ
duo ſufficiant ad faciendum iudicari contractum pigno-
ratitium, & fraudẽ vſurarũ factum. Pactum videlicet de
retrouendẽ. & iniuſtitia ſeu modicitas precii: altera requi-
rit tertium adiacens, ꝙ emptor etiam ſit ſolitus fœnerari.
Quæ autem ſit verior aut cõmunior haud facile dignoſci
tur. ſm Cor.in conſi.iiii.lib i.

Pro opinione prima allegatur per docto.in.j.glo.in c.
conqueſtus circa finem de vſur. quæ tamẽ loquitur in pa
cto de reſtituendo fundum ꝙ ſicuti in ſuperioribus dixi
mus a pacto de retrouendendo nõ parum diſtat. hanc o-
pinionem ſequuntur Archid. Inno. Hoſtien. Io.anna. An
to de but. Io.de imo. Albe.de ro. Anto.de roſel. Io.de ca
ſtillione. Epiſcopus vicentinus, Signor. Benedic.de plum
bi. Fulg. & ſeptem alii excellen.doc.quos refert. Bartho.
veron.in trac. de ſimula. contractuum in ſexto caſu. vbi
collegium mediol. & pariter Papienſe ſic conſuluiſſe teſta
tur. Et dicit Alberi.de roſa.in.l.actione. C.plus val.qd' agi
tur ſe corã magnis peritis, ita obtinuiſſe adhæret huic opi
nio. Chriſtoph.de caſtil.in conſi.impreſſo poſt tracta. ma
leſic. Bonifacii vital. hanc partem conſulendo amplexus
eſt Alex. conſi.xlvi.iii. volu. & liiii.vi. volu.addens Bal.
& Panor.ita tenuiſſe. Pro hac parte conſuluit Barb. in cõ
ſi.li li.i. & cõſi.viii.volumi.quarto, & idem tenuit in.c.ad
noſtram de emptio. & vend. vbi latius Abba col.fi. An-
to.burgos.in ſecundo caſu, & Io.de anna. in cap.conque
ſtus, col. iii.atteſtanturq; in prædictis locis, Imol. Alex &
Barb.iſtam eſſe magis communem opinionem, idem fa-
cit Abba.in conſi.lxxvii.volumi.primo, & Guido pape
in.qõ. ccccxvi.dicens ſic iudicari, & ſeruari vidiſſe. Idem
conſuluere Bal.nouel.Iac.de puteo, & Lancel. deci. iuriſ.
Excellẽ.quorum conſilia penes me ſunt, & ita in ciuitate
Ferrariæ ſe iudicaſſe refert ipſe Puteus: exigunt tñ ipſi ex
ceſſum notabilem in pretio, licet vltra dimidiam non ſit,
ut quia res valoris, & cõmunis æſtimationis ſcutorum
quattuorcentum, & quinquaginta, puta tricentis ſit ven
dita, ſecus ſi quattuorcentum. Et prædictam opinionẽ
ſequitur Dec in conſi.dcxcii. vbi refert, imo. & Anto. de
bu.dicentes ſe legendo. & conſulendo, ita ſemper tenuiſ-
ſe, ſequitur Math de afflic.in deciſio.regni.xl lxv. & 339.
vbi ſic iudicatum teſtatur idem tenet quidam Mod. bri-
xien.in cautella.xvii.eandem opinionem tenuerunt com-
munem aſſerentes Ambro.vignate Taurin. in repetitio.c.
ſalubriter, nu.cxi. & cxii.de uſur.quæ eſt impreſſa bẽtrã.
in conſi.lxxxviii. dxxxiiii. & cccxxxix.libr.i. & clxx.li
bro.iii quam etiam partem non faciens de prædictis mẽ-
tionem ſequitur Caſſadorus ſub titu.de vſur.in prima de
ciſione, vbi atteſtatur magis cõmunem et ſuo tempore
obſeruatam in curia romana præſertim fauore animæ eã
dem opinionem tanquam maius cõmunem, ſequitur Pa
riſius conſi.lv.libro primo huic parti adhæret etiam Caie
ta.i ſummula in verbo vſura, dũ tractat de vſura implici
ta, i quinto caſu ſecus eſſe dicens ſi ſuper domo vel agro
conſtituatur cenſus ad rationem de tot pro centenario,
iuxta morem patriæ eo pacto, ꝙ debitor a cenſu ſe libe-
rare poſsit, quoniam talis contractus per ſedem apoſtol.
licitus ſepe determinatus eſt dicit ipſe ſiue cenſus iam eſſet
conſtitutus, ſiue de nouo conſtituatur, quicquid dixerit
Innocen. ſm Cano. & Theologos: quia non differt cen-
ſus iam inſtitutus a cenſu hodie conſtituto, quando vter-
que eſt iuſtus. præſertim ſi fiat ſuper re imobili: quia hoc
eſt vendere aliquam eius partem pro indiuiſo de quo cõ
tractu annui redditus, vnde etiam Anch.in conſil.xxx.
Rapha.comen.conſi clxxxi. plenius Ioã.de anna. in.c.in
ciuitate de vſur.ſummam Ang. in verbo vſura.§.xxxv.
& lxxviii. Ripam lib.i.de legib.reſpon.xix.

Fundatur principaliter hæc opinio in dicto cap.ad no
ſtram, & in cap illo vos de pigno. vbi tale pactum. et pre
cii modicitas faciunt cenſeri contractum in fraudem uſu-
rarũ celebratum, et fructus in ſortem imputari. Secundo:
quia in fauorem aiæ pars hæc tendit, ideo in dubio tenẽ-
da.c.iuuenis de ſponſ.dem.exiui in.§ item quia. de verb.
ſigni. Tertio quia non eſt ibi vera emptio ſed mutuũ ſub
dictis contractibus palliatum patet: quia longe minoris
emit q̃ eſſet iuſtum precium. Quarto propter auctoritatẽ
glo.et collegiorũ de quibus.ſ. quæ magna eſt. vt p Barb.
in conſi.præalleg. & Fran.de curte in conſi.lvi.co.iii.

Partem autem contrariam ꝙ non ſufficiant dicta duo,
ſed' & tertium requiratur de ſolito fœnerari tenuerunt, Ia.
de Are.Cy.Bal. & Io.an.ſibi contrarii Pet.de ancha. Car.
flor.laur.de rodulphis magnus practicus. & Pau.de Caſ.
quos refert. & ſequitur Barth. veron. loco præall. dicens
ſm iſtam opinionem uidiſſe conſultum per multos præ-
claros canoniſtas. & ita conſulendum, & iudicandum eſ-
ſe quicquid per alios doc.dicatur Idẽ tenet Barb. in cõſi.
lxxvi.col.ii.vol. iii.Mod.bono. hic.qõ. xxx.col ii.Deci.
conſi.clxvii.cccviii. co.ii. & dcxlviii.vbi hanc opi.magis
cõem & tenendã dicit, pro qua pulchre conſuluit Soci.in
cõſi.clv.col.fi. & conſi.ccxlviii.per totũ ubi indubitanter
hanc partem veram, & tenendam affirmat, poſt eius ge-
nitorem & conſuluit pariter Corn.in cõſi. iiii. ccxxiiii. &
ccxli.in.i.uol. & Ale. atteſtans magis cõem in duobus cõ
ſiliis relatis per Deci.in conſi. dcxlviii.ſed fallit: quia Ale.
in dictis locis dicit oppo. Adhæret huic opinioni Fab. in
trac de emp. & vẽd.in vii.qõne principali co.iii. Seuer. in
repet.l admon. col.lxxix.ff.de iu.iuran. Iaſ.in.l quotiens
col.ii.C.de iudi.ſumma ang.in uerbo uſura, & j.uerſic.66
et hanc opinionẽ cõem, & tenendam dicit Iaſ.in conſi.cl.
& duobus ſequentibus lib.iiii.idem faciunt. Ruinus cõſi
xvi. col. iiii. & Soci. iunior conſi. l.in prima parte licet ad
hoc probandum quæ ego plene. ſup. allega. non citent.

Et quãuis in.i. editione noſtræ repetitionis nos pariter
hanc opin. magis cõem eſſe dixerimus. Nunc maiori ſtu-
dio chartis reuolutis enumeratiſq́. & ponderatis docto-
ribus inuicē contrariantibus oppoſitū mihi videtur, vi-
delicet opinionē.i. loco relatā magis cõem eſſe. Sequor tñ
51 etiam nunc iſtam ſecundam vti veriorem. *Primo. quia
in dubio contractus verus non fictus iudicandus eſt. l. ſi
maritus in fine. ff. qui & a quibus, &. c. fi. de renun. lib. vi.
52 itē quia inſtrumento niſi contra probetur ſtãtum eſt *. l.
cū precibus. C. de probat. vbi Bal. & alii colligunt ex in-
ſtrumento duas oriri præſumptiones ꝙ ſit verum, & ꝙ
ſit ſolēne pro quo eſt clarior tex. in. l. ſi poſt diuiſionē. C.
de iur. & fac. ignor. Vnde quum inſtrumentū de contra-
ctu emptionis, & venditionis cantet talis iudicandus eſt,
qualis ex forma ipſius apparet. c. in ciuitate in uerbo ex
forma de uſur. tertio: quia pactū de retrouen. de ſe, vt di-
xi prohibitum non eſt: nec etiam emptio pro minori pre
cio q̄ res valeat l. ii. C. de reſcin. vend. c. cū cā, & ibi plene
tradunt ſcriben. de emp. & vend. ergo ex his non põt na
ſci, niſi licitum. vt ait philoſophus. Quarto probatur p. l.
noſtram in ſui generalitate. Quinto contraria opinio iure
non probatur. ergo, & c. l. illam. C. de colat. &. c. quid au-
tem · 50. q. iiii. ibi nulla auctoritate reperitur prohibitum,
imo vt dicam pro iſta opinione eſt caſus bene intelligen-
do in. d. c. ad noſtram, & ita vidi ſemper praticari.

Non obſtant nunc adducta in oppoſitū nā ad tex. c. ad
noſtrā plures accomodãtur ſolutiones p bar. veron. Soci.
& cor. in locis præall. maxime ꝙ ibi plura concurrebant
modicitas p̄cii pactum de retrouē. ſeu reſtituēdo fundū,
petitio mutui. & quia emptor ibi erat vſurarius pactūque
fecit ne venditor fundum poſſet repetere niſi poſt tale tē-
pus interim de lucro fructuum certus eſſe voluit igitur
minime mirum ſi tot concurrentibus talis contractus illi
citus iudicatur.

Sed & ſi in principio factique narratione de petitione
mutui, & vſurario mentio ſiat. tñ ſūmus pontifex non ſe
fundat in illis: ſed ſolūmodo in pacto de reſtituendo, &
precii modicitate, vt ex eo colligitur dum ait, ꝙ patet ex
eo, & ibi mandamus ſi res ita ſe habet. ſm anto. burg. ibi
ſubtiliter dicentem ꝙ licet videatur ſummus pontifex ibi
moueri, & ſe fundare etiam in illa. iii. præſumptione ꝙ
a ſeptēnio tãtum vſq; ad nouēnium reſtituto precio poſ-
ſet rem vēditor petere tñ illud demonſtrat certitudinem,
& magnā vſurarii exactionem quæ non ſunt neceſſaria
ad eum conuincendum qñquidem ſatis ſit probare qua-
lemcūq; exactionem a principio certam vel incertā per
illud euangelicum mutuum dantes nihil indeſperantes,
etiam ſine pactione uſurarius eſſet: quia ſatis eſt malā ha-
buiſſe lucri intentionem. c. conſuluit de uſur & iſtam mē-
talem appellamus, ſicq; duo illa expreſſe concurrentia cē
ſeri facere contractum fœneraticium. & illud de ſeptēnio
ad nouēnium ad maiorem declarationē ſuiſſe expreſſum.

Sed reſponde alienum eſſe a veritate ꝙ minoris emens
cenſeatur fuiſſe deprauatæ illius opinionis imo habuiſſe
rectam intentionem contrahendi veram venditionem. ut
dixi, ideo interim facit fructus ſuos, ꝓut hic dicitur. Nec
de lucro fructuum voluit certus eſſe: quum ad libitū poſ-
ſet rem uenditor recuperare, ſecus quādo ſolum poſt tale
tempus rem uoluit poſſe repeti, ut in. d. c. ad noſtram. &
ſic cum miſterio ponderatur ibi pactio. et illa p̄ſumptio.

Ex quibus infertur eſſe ibi caſum pro iſta opinione ga
ſi ad iudicandum cõtractum fœneraticium tria illa exigū
tur. Ergo duo prædicta uidelicet pactum de retrouen. &
modicitas precii non ſufficient Ad. c. illo vos. reſpondent
oēs præfati ſcribē. & miror ꝙ ad qõnem noſtram allegē-
tur. concurrebant. n. ibi plura ex quibus contractus fuit
iudicatus pignoraticius. nam poteſtas reſoluendi contra-
ctum ab emptoris dependebat arbitrio ꝙ uenditori an-
num ad promiſſam pecuniam ſoluēdum poſt intimatio-
nem indulſit ea lege ꝙ ſexaginta ſolidos vltra ſortē rece-
ptam ſolueret fructibus in ſortem imputatis quod natu-
ræ pignoris conuenit. l. i. &. ii. C. de pign. ac. & emptionis
naturæ aduerſetur ſm quam emptor fructus ſuos facit
nec in ſortem illos imputare tenetur. l. fructus cum vulg.
C. de actio. emptio. clare apparet illum tex male allegari
ad cõtractum emptionis cum pacto de retrouē. data mo-
dicitate precii: quia plura alia ibi concurrebant, & pœni-
tus diuerſi ſunt termini. Ad ſm motiuum cum ſequenti
reſponde ꝙ non ſumus in dubiis ſed in claris nec eſt ve
rum ꝙ ſit palliatum mutuum, imo vēditio vera licet pro
minori precio facta quod a iure permittitur ideo &c.
Quū ergo talis contractus ſit a iure p̄miſſus ſub clypeo le
gis nõ debet contrahens decipi *. l graechus. C. de adult. 53
l. i. C. de his qui ven. ætatis. impetra. faciunt not. per ſcrib.
de obſeruantia legum etiam in foro conſcientiæ in. l. ne-
mo poteſt. ff. de lega. primo, & per Feli. in. c. i. col. 14. de
conſtitu. Ad fundamentum de auctoritate gloſ. & colle-
giorum reſpondeo per tex. in. c. ego ſolis nona diſtinctio
ne rõnes. l. & iura potius conſideranda, q̄ ſit loquentis au
ctoritas facit. cap. capellanus de feriis, & accumulata per
Feli. in. d. c. i. co. pe. & fi. et Dec. in cõſi. cclix. dū tractat quā
do a cõi ſit recedendum, ꝙ ex quo non conſtat de prædi
ctis conſiliis collegiorum relatis non creditur ita eſſe.

Et hæc concluſio ꝙ pactum de retrouen. cum modici
tate precii non faciant contractum illicitum procederet
abſq; dubio, & ſm tenentes primam opinionem in ruſti
co vel ſimili perſona cuius ſimplicitas præſumptionem il
liciti contractus excludit. Veron. loco præall. col. v Iaſ. in
l. ſi quis id quod in. vii ix. ff. de iur. omn. iudicum & in. l.
Iuriſgen. col. i. C. qui admitti intelligendo de ruſtico groſ-
ſolano, nõ autem de ſagaci, & ſquadrato iuxta quæ ſcri-
pſi in repetitione l. ſiquis maior. ꝟ. de tranſacti. in articulo
verum in ruſtico locū ſibi vendicet iſtius legis diſpoſitio.
item pariformiter * in datione in ſolutum vbi ſiniſtra ſu- 54
ſpicio uſurarum non ita militat quemadmodum in con-
tractu emptionis, & vendi. qui hincinde voluntarius eſt.
ſed inſolutum datio ex neceſſitate conſequendi ſibi debi-
tum ſit. nec vlla pecuniæ numeratio dationis tempore in
teruenit ita ſing. Ful. in conſi. 134. col. ii Cor. in conſi. 133.
volu. i. Deci pulchre in conſil. xviii clxvii. col. ii. &. cccviii.
col ii. & conſi. cccccxliii. Iaſ. in conſi. cl. cum tribus ſequen
tibus in. iiii. col. & pariſius in conſ. liiii. lib. primo & conſi.
xcii. ad fi. lib. iii. quicquid dicat caſſadorus in. ii. deciſione
ſub titulo de vſur.

Habetis igitur candidiſ. lectores ex prædictis demon-
ſtratum tria requiri ad probandum cõtractum illicitum,
& in fraudem vſurarum factum. Pactum de retrouenden
do, modicitatem precii, & ꝙ emptor ſolitus ſit fœnerari,
quod vltimum eſt difficilis probationis: quum habeat iu
ris præſumptionem contra ſe. l. merito. ff. pro ſocio. c. ii. de
regu. iuris, cum allegatis in propoſito per Soci. in conſi.
ccxl viii col. i. volu. ſecundo.

Hinc dicebat poſt alios ibi relatos Seueri. in. l. admonē-
di. col. lxxix. * ꝙ probatis plene pacto de retrouendendo 55
& modicitate precii ſuper tertia coniectura de ſolito fœ-
nerari. quæ aliis eſt fortius non deferri iuramentum ſup-
pletiuum.

Modum autem, et practicam probandi * quem eſſe ſo
litum fœnerari, & ad vſurā dare videre poteritis per ſum 56
mā Ange. in verbo uſura vlti. col. fina. & Firmianum in
repertorio in uerbo vſurarius uerſic. x. Iaſ. conſ. lxxviii.
lib. iii. & alios ſ. allegandos in. v limita. Credo autem uos
non ignorare, * ꝙ licet inter ſolitum, & conſuetum quidā
differentiam conſtituant, ut ſcripſi in. l. diem functo. ff. de 57
offic. aſſeſſ. tamē in propoſito noſtro doctores promiſcue
loquuntur, & vt plurimum per verbum cõſuetus, ut pa-
tet ex gloſ capitu. illo uos præællegat. c conqueſtus, ubi
Cano. de uſur. Alex conſi. cxcix. col. fina. lib. quarto Ve
ron. Corn. & Dec. in loci. ſ. alle. ſicq; non ſufficeret vſu-
ram ſemel feciſſe, ut ex prædictis apparet, & tradit
Iaſ.

Iaſ.in conſi diii col pen.lib.iiii. Sed pro intelligentia,&
declaratione pdictorũ uidendũ eſt qñã in ,ppoſito dica
tur modicitas pcii Bart.uerõ.loco palleg in tribus ult.col.
refert doct.contrarias,& diuerſas opiones & credit arbi
trarium eſſe debere tamen iudicem læſionem,& pcii mo-
dicitatem cenſere in parte octaua,& ẽi in minori id facien
dũ eſſe nititur comprobare quod a ueritate alienũ eſſe cre-
dimus,quum ſaltem talis precii modicitas circa dimidiã
eſſe debeat per tex d.c ad noſtram ibi quæ uix dimidiam
iuſti precii contingebat hinc dixit ibi Abb in ult. col.non
ſufficere quãlibet precii iniuſtitiam ſed ualde tenue eſſe de
bere reſpectu ualoris,& æſtimationis rei qa in precio ſo-
lent contrahentes ſe inuicem decipere lege pmittente uſq;
ad dimidiam iuſti precii.l.ii ſupra de reſcind uend.c. pe.de
empt.& uend & ſequitur Deci in cõſ.clxvii.col.ii.& q ta
lis modicitas precii circa dimidiã iuſti precii æſtimationis
rei eſſe debeat firmant Barb.in.d.c. ad noſtrã col pe.Cor.
in cõſ xxiii.col.ii li.iii.& Iaſ.in con.clui.co.ii.li iiii.uidi aũt
ſæpe in practica pdictam opionem obſeruari, & per do-
ctiſsimos uiros pro ea iudicari niſi adeſſent aliæ cõiecturę,
& ſiniſtræ præſumptiones illicitum arguentes contractũ
de quibus infra dicam.& eſt diligenter notandum q alle-
ganti modicitatem precii ad effectum predictum non ſuf
ficeret ueram æſtimationem rei probare ſed ad onus de re
trouendendo rõ,& reſpectus haberi deberet.res.n.,ppter
illud onus annexũ minus ualet Abb. in.c in aliquib' in.ij.
not.de deci.ubi multos in hoc dicit errare,ſequuntur Soc.
conſi.ccxlviii col.fi.Corn.cõſi.ccxxiiii.&.ccxli lib.i Dec.
cõſi.clxvii.col.ii.& cccviii col.i &.dcxlviii. q̃uis dãnetur
Abb.per Ant burgos in.d.c.ad noſtram col.ii.ſecundi ca-
ſus uerum eſt dicit rem minus ualere in.i. uenditione pro-
pter dictum onus ſecus in ii.& ſic in retrouen tunc.n.non
dicitur minus ualere poſtq; non dicitur onus habere imo
ab onere liberatur.ſed reſpon. q quum rei uenditæ ualor,
& æſtimatio tpe uenditionis conſideretur l. ſi uoluntate
ſupra de reſcind.uend.& ad illud tps haberi debeat conſi-
deratio,& fieri ,pbatio ut ibi,& in l ii eo.tit.ubi plene ſcri
pſi in.xlvii q conſequens eſt ut conſideretur , & æſtimet
ſecundum qualitates quas illo tempore habebat, & ſic ad
onus de retrouend tunc annexum reſpiciendum eſt ut p
coniecturis de contraria teſtatoris uoluntate appareret,
quã tunc ſequi deberemus. l. in conditionibus cũ ibi not.
ff. de condi. & demon. l. iij. vbi late Iaſ. de lib. præter. & ita
erat in caſu relato per dictos Moder.

167 Quadrageſimoquinto quæro • fundũ abs te emptum
ſub onere certę annuæ pẽſionis tibi in annos decẽ locaui
cum facultate fundum ipſum franchandi, ideſt redimẽdi
pone q cecideris a iure locationis ꝓpter penſiones non
ſolutas, an ſis pariter priuatus iure franchãdi, & redimen
di: ꝓ parte affirmatiua facit quia tale pactum videtur eẽ
pars locationis. i. fundi partẽ. ff. de contrahen. emptio. ca-
dens ergo a toto, & a parte cecidiſſe videtur confirma p
tex. l. quæro in. §. inter locatorem ff loca vbi in cõtractu
locationis ſubintelligitur pactum ſi conductor penſiones
ſoluerit ergo ſi non ſoluerit penſiones in tempore frãcha
re & redimere non poterit facit vul. regula l. cum propo
nas la ſecunda C. de pact.

Sed partem negatiuam tenet Cep. in tract. de ſimul cõ
tractu. in præſumpt. Moder. bono. hic in vlti. q. & conſul
uit Barba. in conſi. lj. col. 17. lib. j ſequitur Deci. in l. in bo
næ fidei in vlti not. ſ. de pact. quia licet iure cautum repe
riatur quem cadere a iure locationis, & emphiteoſis ob
canonem non ſolutum c. potuit de loca. l. ij C. de iur. em
phit non tamen reperitur q taliter ceſſans cadat a iure re
dimendi, quum ergo lex talem pœnam nõ imponat, nec
nos imponere debemus. §. pœna de pœnit. diſt. j glo. in. c.
ſi de iu patro § cum igitur in aucten. de non elig ſecũdo
nub. meliorationes tamen nõ cogitur vendere ut per Mo
der. medio in d. l. petens in fine.

Ad alleg. in oppoſ. reſpon. q iſtud pactũ frãchandi eſt
diuerſum a contractu locationis & vẽditionis, & potius
pars cõtractus uẽditionis q locationis, & ille ſubauditus
ſenſus dũmodo penſio ſoluatur reſpicit locationem tan-
tum ſeu pactũ de non extollendo ab ea ſicq; non obſtat
168 lex fundi partem & § inter locatorem • quem exornare
poteris ex dictis Alex. in cõſi. 112. col. j. lib. ij. & cõſi. 222.
col. fi. in eo. & conſi. 106. col. 4. lib. 3. & conſilio 76. lib. v.
Barba. conſi. xv. col 4. lib. j conſi. xij. col. pen. lib. 3. & cõſi.
x. in eo. Pau. de ca in l ſi pacto quo pœnã ſ. de pac. Aret.
in. l. petens in fi vbi Deci. col. vij. eo. tit. & Aquenſ. ibidẽ
in. l. cũ proponas la ſecunda procedit igitur prædicta con
cluſio quando in contractu uenditionis de re locanda ap
poſitum fuit pactum cũ poteſtate franchandi, quia tunc
eſt pars uenditionis. itẽ quando inconrinenti poſt uend.
in cõtractu locationis appoſitum fuit pactum franchãdi
quia gratia præcedentibus venditionis factũ cenſetur ſa-
cit regula. l. petens & . l. in bonæ fidei ſupra de pactis & . l.
lecta. ff ſi cert pet. ſecus aũt quãdo locatio facta eſſet cum
poteſtate franchandi durãte locatione: quia ea finita quo
modocunq; finiri contingat finitur etiam poteſtas fran-
chandi & de ſe patet, niſi dictum eſſet q cõductor frãcha
re teneatur intra tpa locationis: quia iſtud reſpicit potius
fauorem locatoris ſecundum prædictos Mod. & ad id te
neretur arg. l. actione in § item q ſocietatem ff. pro ſocio.
169 quod dubio carere videtur • in materia uero affrãchimen
torum quæ vaſalli faciũt hominibus ſuis vide Iacob. de
S. Georgio in tract. feud. in uerbo quiquidẽ inueſtiti præ
ſtiterunt iuramentũ col. 18. Alexã. conſi. 76. lib. v. Iacobi.
loco pręal. in uerbo in feudũ col. 4 Curtium iuniorem in
conſi lxij Math de affli. in deciſione regni. 197. Iaſ. late in
ꝓœm feud. in. viij. diuiſ. ubi de feudo francho inuenies. ul
de etiã quæ dicam j in. 58 quæſtione.

170 Quadrageſimoſexto loco quęritur • emi a te fundum
æſtimationis ducatorum centum cũ pacto de retrouen-
dendo in perpetuum, poſtea ipſum tibi locaui ad rationẽ
ducatorũ quinq; pro centenario an penſio erit ducatorũ
quinque vel pluris ſeu minoris ſcđm fundi æſtimationẽ
& ſi pluris an licita, & permiſſa?

Reſpon. penſionẽ dictam ad quinque ꝓ centenario in
telligi reſpectu pretij ęſtimationis fundi, eãq; licitã & per
miſſam. nã pactũ de retrouendẽdo ſimpliciter factũ intel-
ligitur ꝓ iuſto pretio ut ſupra in. ix. q dixi, & fundus em
ptus incõtinenti efficitur meus actuali traditione interue-
niente uel cõſtituto ſi uẽdens dñs erat lege traditionibus
C. de pactis. l. q meo cum ibi not ff. de acqui poſſeſ.

✠ Et ſi alicui locarẽ uellem iuſta penſio de iure iudi- 171
canda eſſet habito reſpectu ad æſtimationem ipſius fun-
di & fructus eius. non autem ad pretium per me expoſi-
tum quia illud non eſt attendendum. l. ſi quos & . l. ſi uo-
luntate cum ibi not. ſupra de reſcind. vendit ergo conuen
tio præſtandæ penſionis ad rationem de quinque ꝓ cen
tenario intelligitur pretij ſcilicet, & æſtimationis ipſius rei
quam promiſi retrouendere. ut ex dictis apparet ſicque
penſio & iuſta, & legitima erit.

Quadrageſimoſeptimo quæro • ꝓmiſiſti intra decen 172
nium fundum mihi retrouendere poſtmodũ accepto pre
tio ante retrouenditionem factã tradis fundum, an in me
transferatur ita q fructus acquiram. iuxta l ſequunẽ in. §.
fructus ff. de uſuca. & § primi. l. qua ratione ff. de acquir.
rerum dom. cũ not. per Socin in lege qui Romæ in prin-
cipio in ultima colum. ff. de uerb. obliga quæſtio elegãs
eſt, & pulchra.

Pro parte negatiua facit quia traditio dñium nõ tranſ-
fert niſi præcedente cauſa habili ad illius trãslationẽ. l. nun
quã nuda. ff. de acquir. rerũ dom. l. traditionibus, cum ibi
nota ſ. de pactis tradit. Iaſo. in l. ſi ante colũ. ij. ff ſolu. ma-
trimo dicenſe ita conſuluiſſe in ciuitate Cremonæ.

Veritas tamen eſt in contrariũ quia licet per promiſſio
nẽ de uendendo non dicatur ſubeſſe cauſa translationis
dominii de præſenti ſubeſſe tamen dicitur in ſpe, quia uir
tute ꝓmiſſionis uenditio ſperaẽ ſatiſque eſt ad dñij trãſla
tionẽ ſperatam de futuro cauſam ſubeſſe ob quã ſit tradi
tio, ut per Bal. in. l. contractus. col. pen C. de fide inſtru. et
æquitatis ratio ꝓpter pretij ſolutionem & rei traditionẽ
dictat ut fructus lucro illius cedant cui facta legitur ꝓmiſ
ſio de retrouendendo, ut latius per Soc. in. d. l ſi ante, ubi
le ſic conſuluiſſe ſcribit & iudicatum fuiſſe conſiliũ eſt in
ij. uolu in conſi. 170. ubi reſpondet rationibus Iaſ. ſequi-
tur Deci in conſi. 614 col iij & ita etiam audiui alias fuiſſe
iudicatum per ſenatum ducalem taurini reſidẽtem. & ha
bet æquitatem hæc opinio quando ſolutum eſt pretium
ut traditio rei ſecuta & loquuntur præfati, ſed quãdo nõ
eſſet ſolutũ pretium in rationibus adhuc uolunt præfati
dominij translationem fieri, ut etiam hic per Mod. bono.
quæſtione undecima, & Corne. conſilio. 74. lib 4. dicentẽ
non ſecuta cauſa retrouenditionis, ſcilicet habere locum
condi. ob cauſam, & iſto caſu illi cui res tradita fuit tenebi
tur rem cũ fructibus reſtituere per ea quæ in primo not.
ſcripſi, & ſoluta parte pretii fructus pro ea parte lucrabiẽ
ut per Socinum in locis præallega. Ex prædictis habes
• quod poſſeſſio ex præcedenti titulo tradita & habita 173
præſumitur, licet ſpe tantum ſubſiſteret, quod not. ad am
pii l. ij. infra de acquir. poſſeſſ. & . l quædam mulier cum
glo. fina. ff. de rei uendicatio. ubi repertus in poſſeſſione
rei uenditæ illam pręſumitur nactus ex præcedẽtis uendi
tionis titulo, & de uoluntate uenditoris. ideo dicit Anch.
in conſilio. clxxix uiſa prædicta facti narratione q heres
poſſidens bona teſtatoris uirtute præcedentis teſtamenti
poſſidere præſumitur & ad legata tenetur, niſi alia cauſa
poſſidendi ſubeſſet, ita q poſſeſſio citra ius & nomen hæ
redis haberi poſſet, ut per Barto. in lege gerit, col. v. et. vj.
de acquiren. hæredi. & Alex. conſilio. lxxxix. utrum em-
phiteoſis colum. fina. libro quarto & Deci. in conſi 445.
numero liiij.

Limita tamen primo concluſionem gl. d. l. quædã mu-
lier, ut per Roma. in conſi. xcj. uiſis colum. ij. uerſic his ta-
men non obſtantibus, ubi ſcilicet conſtat eam rem eſſe

illam, quam emi alias ſecus, vt ſibi latius per eum.

Secundo quando actus eſſet inhoneſtus & apprehēſio poſſeſſionis illicita, ut p Cur. in cōſi. 261. col. 2. in. 3. volu.

Tertio limita quando apprehenſa fuiſſet poſſeſſio ſciente venditore, ſecus ſi ignorante. id enim eſt prohibitū per d. l ij. in ſi tradit Alex. in conſi. 36. libro. vj. & in. l ſi ex ſtipulatione. ff de verborum oblig. & Soci in conſil. 15. col. fina. libro. iiij.

Limita quarto vbi venditor ad traditionem tenebať, alias ſecus, vt quia totum pretium ſolutum non erat, uel conditio adimpleta vt per Alex. in conſi. 33 & .36. lib. vj. quæ omnia ſignanda ſunt ad declarationem, & intelligētiam no. glo in. d. l. quædam mulier.

174 Quadrageſimooctauo quæritur ✠ Emphiteota ſine cōſenſu domini rem emphiteoticam diſtraxit cum pacto de retrouendendo in tēpore redimit vtrum caducitatis pœnam euitabit. videtur. ꝙ non propter ius domino quæſitum qđ ab eo ſine ſuo facto auferri non poteſt vulg l ius noſtrum. ff. de reg iur. ſecūdo per. l. ſi a me ubi Bart & alii ſcriben. no. ff. ad. l. falcid. & tradit Ripa. in. l. in quartā col. xij ad. l falcid.

Sed in contrariū eſt veritas quia recuperatio facta uirtute dicti pacti a principio appoſiti rem perinde haberi facit ac ſi nunquam alienata fuiſſet ut per Ange. ad Roma in. l. ſequitur in §. item labeo ff. de uſucap ideo quū res illa ad eius naturā redierit non tranſlata ſed reddita cenſetur, & in eadē qualitate & cauſa prout prius eſſe videtur ut per prępoſ. in. c. 1 quid iuris ſit ſi uaſ poſt alien. & Dec. in cōſi. 88. & .238 col. ſi. & ſic uerū non eſt ꝙ domino ius quæſitum cenſeatur ſecuta retrouenditione ad. l ſi me. ō. allega. reſponde Deci. in præalleg. conſi. lxxxviij. & ſequuntur ſimpliciter Mod. bono ō. in. 14. q. ſecus quando alienatio fuiſſet a principio libere facta, quia recuperatio etiam incontinenti facta a pœna caducitatis non excuſaret ꝓpter ius domino quæſitum vt per Cori in conſi. 178. libro primo & per Iaſ. in. l fin. in. 10. q. infra de iu. emphit. limitan rem ubi incontinenti reſtitutio rei deberet fieri uirtute pacti in alienatione appoſiti.

Aduerte tamen nunc circa prædicta quia ex quo emptor præciſe rem retrouendere non compellitur ut ſupra uidiſti ex recuperatione ſubſecuta non uidetur a caducitate excuſari, niſi reſpon. ꝙ imo facta retrouenditione ut in titulo quæſtionis præſupponitur ex neceſſitate id factum cenſetur vt dicēmus. j. in q 64 & adhuc apertius procederet concluſio prædicta quando uerba pacti eſſent reſolutiua cōtractus vt declarat Pau. de ca. in. l. ab emptione colum ij. ff. de pactis.

175 Quadrageſimanona qō erit ✱ Si pendente termino recluati facta fuerint per emptorē melioramenta in re, an eorum ratio habenda ſit ut conſequatur æſtimationem eorū. dic ꝙ ſic per. l in fundo & l. emptor. ff. de rei uendica. l. colonus in principio. ff. loca. § ſi uaſallus cum ibi nota. p doct in tit. hic finitur lex in vſibus ſeud. l. domos §. de lega primo & not. per Bal in conſi. 52. 1. 4. 227. & .253. uolu. 2. vbi dicit melioramenta ad perpetuam rei utilitatem exiſtentia repeti vt etiam per Alex. & alios in. d. l. domos & Fabia in tract. de empt & vend. in 8. q. principali. col. ij in iij. effectu & non ſufficit tantum fuiſſe impēſum, niſi etiā res tanti fuerit melior reddita. unde ſi impenſa de centum fuerit melioramenta in quinquaginta. ſolū quinquaginta repeti poſſunt. & idem quando impenſa de qnquaginta fuit & melioramenta in centum, vt quinquaginta tantum peti poſſunt præallegat. l. in fundo poſt princ. in uerſic. & ſi rebus ubi uult iuriſconſultus ꝙ ſi maior ſit utilitas quæ acceſſit fundo ex impenſa, quam impenſa ſolū quod eſt impenſum repetitur, & ecōtrario ſi maior eſſet impenſa quam utilitas non repetitur niſi æſtimatio utilitatis, & ſic ſemper quod minus eſt repetitur ut tradit Paul. de ca. in conſi j. alleg. col. v. unde cautus eſſe debes in capitulando, & dictas expenſas probando ut concludas tā circa quantitatem expenſæ quam circa rei melioramenta uidelicet ꝙ tantū fuit impenſum, et ꝙ ob id res maioris eſt æſtimationis aureorū centum exempli gratia, & ſic oportet æſtimationē utilitatis, & melioramentorū referre ad tempus quo reſtitutio petitur. d l. domos in ſi ubi Alex. Iaſ. & alij notant. Fe vltra dicta doctorū ibi in materia melioramentorū uide Ale cōſi. 154. lib. vj. & in. d l domos Iaſ. in. l. ij. in. vij. not. C. de iur. emphit & in cōſi. 17 uol j Pau. de caſt. conſi. 324. uiſo puncto in. 2. dubio ubi pulchre de expenſa facta in plātandis arboribus, an & quomodo repeti poſſit, & de materia latius vide Brunum in cōſi. 106. ad ſi. Moder. de fano in tract. de pigno. fol 48. & Curt. iuniorem in cōſi. cxliiij & clxv. col. penulti. & finali ubi pulchre qquales eſſe debeant teſtes deponentes & ſuper melioramentis.

Aliquando inter emptorem & uenditorem conuenit ne ultra talem ſummam in melioramentis expendi poſſit, & ſi ſecus fiat in caſu retrouēditionis repeti nequeat. et ſeruandum eſt tunc pactum.

Quinquageſimo quæriť ✱ ſtatuto caueť, ut ponit Alexan in conſi. lij lib. j. ꝙ volens rē patrimonialem alienare 176
ꝓximiores agnatos debeat requirere aliiſque ꝓferat, alias non ualeat alienatio. & ab agnato qui requirendus fuerat, res poſſit recupari vtrum locum ſibi uēdicet in re patrimoniali alienata cū pacto de retrouendendo, et poſtea recuperata videtur ꝙ non quia qualitas bonorū uidetur alterata, ut patrimonialia non dicantur amplius bona, qa pœnes recuperantes ex noua cauſa venditionis eſſe uidentur. argu tex. not. in. l. ſi a me. ff ad l fal. vbi res recuperata apud recuperantē eo iure quo prius erat nō dicitur eſſe. ideo decidit ibi Bar ut latius ꝓſequitur Alex. ꝙ emphyteota qui rem venditā recuperauit a caducitate nō liberatur. nec euadit pœnam quā per alienationem incurrit.

Oppoſitum ta men tenendū eſt, qa ex quo uirtute pa 177
cti de retrouendēdo, ✠ recuperata fuere bona qualitatem ſuā retinent, ut patrimonialia dicantur quia retrouēditio illa neceſſaria fuit, & ad propriam eorum naturā bona ipſa redierunt argu. l. ſi unus in. § pactus ne peteret. in uer. ꝙ in ſpecie. ff de pac. ibi formæ ſuæ reddātur cū ſimilibꝰ, nō enim tranſlata uidentur ſed reddita. Et origo ac prima cauſa inſpiciť l. qui id ꝙ, in principio ff. de donati. ſcripſi in rubr ff. de orig iur Accedat deciſio Bar per illū tex. in l. in diē. ff de aqua. plu. arcen. ponit ibi ꝙ vbi facta eſt alicui uēditio cū pacto de retrouēdēdo uenditor ad quē res vendita virtute dicti pacti reuertitur libere debet eā recuperare. ideo ſi emptor tempore quo res apud eū fuit, rē obligauerit facta retrouenditione hypothecæ ius reſoluiť ex quo colligi poteſt rem uirtute dicti pacti recuperatā in eadē cauſa & qualitate uideri apud uēditorē eſſe, quibus ante uenditionē fuit. nec iudicari tanquam rem de nouo acquiſitam, ut etiam per Dec. in conſi. 13. col j. ſtatutum igitur prædictum habebit locum in re patrimoniali alienata & inde uirtute dicti pacti recuperata.

Non obſt. d l. ſi a me cū ibi no. per Bar. & alios qa alienatio fuit ſimplr & libere facta. & ex uoluntate emptoris res ibi recuperatur. merito in pœnam incidit. ſecus quando emphyteota alienatam rem recuperauit uirtute pacti tpe alienationis appoſiti. tunc nō incidit in pœnā, qa ꝓinde habetur ac ſi res nunquam alienata fuiſſet. ita notat Bald. in l. ab emptione ff de pac. aliter etiam ad illum text. d. l. ſi a me reſpondet Dec in cōſi. 88. col. ij. concurrens ſoluendo in opinionem prædictam faciunt ſcripta per eundem in conſi. 238. col. fina. & in 94 quæſtione referam.

Quinquageſimoprimo loco quæritur ✱ emptor rē re- 178
trouendere intra annū ſi licentiam a tali domino obtinuerit ſub pœna ꝓmiſſe, ante habitā licentiā pendēte tēpore alteri uendidit utrum in pœnam incidat, & ſi prima facie hoc minime dicendum uideatur ex quo promiſſio conditionalis fuit, & ante conditionē nec ceſſit nec uenit dies l. cedere diem. ff. de uerbo. ſigni.

179 Tñ veritas eſſe in oppoſitũ vr͂ qa p expromiſſorem
factum fuit quominus conditio illa effectũ ſortiri poſſet
quo caſu peo impleta habetur. ſicq; contra eũ cõmittitur
ſtipulatio. l. labeo in fi. ff de conteahen emp. & l. iure ciui-
li ff. de condi. & demon. & concordant Moder. bono. hic
15. q adducentes conſiliũ Bal quod non ecperio.

180 Quinquageſimoſecundo quæro De mõ ꝓbandi pa
ctum de retrouẽdendo vbi inſtrumentũ nõ adeſt in prõ-
ptu Dicas duobus ꝓbari teſtibus per vulg regulã l. vbi
numerus ff. de teſti. & c in omni negotio etiã de teſt. & ſi
ſemiplene fuerit ꝓbatũ defertue iuramentum ſuppletiuũ.
fama etiã cum uno teſte tale pactũ probat ut per Pau. de
ca. in conſi. 187. uiſo ꝓceſſu in antiq & in cõſi. 321. Alex.
in conſi. 152. lib. ij Imol. cõſi. 92. Dec. cõſi. 18. col. fi. & .j. ſe-
uerinum in eepet l. admonendi col. 79 ff. de iureiurando
ubi poſt Lapum dicit q; ſi plene fuerit probatũ pactum
de retrouendendo cũ pretij modicitate, ſup tertio requiſi
to de ſolito fœnerari ſi agatue de probando contractum
illicitum non defertur iuramentũ ſuppletiuum. uide etiã
Iaſ. in conſil. 43. libro peimo Hypol. de marſil. in l. de mi-
nore in. § plurimum col. xv. de quæſtio. & Moder. bono
nien. hic. in. xix. quæſtione.

181 Quinquageſimotertio quæro uẽdidi tibi fundũ pro-
miſiſti illũ non uendeee alteri niſi mihi; an contra te ut re-
trouendas agere poſſim, & dicas ad uendendũ ſeu retro-
uendendũ te mihi non teneri niſi alteri uelis uẽdere p do
ctrinam Bar & aliorum in. l. actione. C. de tranſact. & in
l. ſi eum. in. §. fi. ff. ſi quis caut ubi limitant quando res tem
pore cõuentionis fuiſſet uenalis. aut facta fuiſſet ꝓmiſſio p
uerba obligationẽ ſapientia & ſi contingat alteri uendere
contra ꝓmittentem ad intereſſe agi poterit. l ſi ſterilis in. §.
182 pe. ff. de act. emp. Quinquageſimoquarto quero utrũ
emens nemus aut ſyluã cũ pacto de retrouen. ſi ante retro
uenditionẽ nemus uel ſyluã cedere & extirpare poſſit ee-
ſpon. diſti nguendo ut per Barth. ueronen. in trac. de ſer.
ruſt. prædiorum in cap. de montibus q. vj. faciunt quæ
not. ſcribit Pichus in repetitione. §. titia q. 26. in illo articu
lo utrum mulier uſufructuaria arbores cædere poſſit em-
183 phiteota autẽ ſyluam extirpare nequit etiam q; uiteam
ibi uelit plantare ne eei forma mutetue, ut per Brixien. in
ſuo repertorio in verbo emphiteoſis col fi. Bal. in. l. j. j. de
iure emphit. ubi etiam per Iaſo. col. pe. & fi.

184 Quinquageſimoquinto quæro obligatus retrouen-
dere uidens in fine anni venditoeem ad redimendum ac-
cinctum præmature colligit vuas non collecturus, ſi ſci-
uiſſet uenditorem nõ redempturũ, an redimenti in aliquo
teneatur Moder. bononien. hic in. 23 q dicunt q; ſit arg.
glo in. l. pe ff. de vſufe lega. quæ uoluit q; colonus qui nu
mis colit, ſi in ultimo menſe locatiõis colligit fructus præ
coces ut eos non habeat dominus, ad intereſſe tenetur, ad
de tex. not. in l. ſi ſeruus ſeruum in. §. ſi oliuam immaturã
185 ff ad. l aquil & Lan. Deci. in. l. pen in principio ubi dicit
q; conſanguineus clerici de proximo morituri colligens
fructus immaturos ne illos habeat ſucceſſor, tenetur ipſi
ſucceſſori in beneficio per illam glo.

186 Quinquageſimoſexto quæritur intra tempus rechati
egi contra te dicendo contractũ uenditionis nullum, pro
ceſſus ultra dictũ tempus rechati protrahitur tandem ſuc-
cubui quũ fuerit pronunciatum uenditionem ualuiſſe, &
ualere: modo uellẽ redimere quid iuris ſi iſtam credulita
tem habui circa nullitatem contractus poſſum, alias ſecus
per tex. in. l ij in. §. non ſolum ff ad trebel. et in ſimili. poſt
Bal. & alios ſcribit Iaſ. in. l. cõtra maiores in. fi. ſ. de inoffi.
teſta. Bal. in. l. prima car. pen. col. 4 ueeſi. item natura con-
trariorũ. ſ de accuſa. Ancha cõſi. 36. col. fi. Raph. Comẽ.
conſi. 36. Pau. de ca. in l fi. ad fi. ſupra de or. cognit. Areti.
pulchre in. c. ultra tertiam. col. v. de teſti. Peruſinus in. c. cu
pientes in § per uiginti col ij. de elect. in ſexto Barb cõſi.
43. col. 8. lib primo & conſi. 37. col. pen. lib ij Fel. in. c. ex
ratione col. j. de appel. Nata late in rep. clem. ſæpe. in. §. &
qa in gl. poſt dationẽ de uerb ſig. Io. Fab. in §. qui aũt in-
ſtit de exc. tut. in qbus locis plures ſiſes qões inuenies.

Quinquageſimoſeptimo loco inueſtigauimus an qs 187
nudo pacto obligetur ad retrouẽdendũ, et ad id cogi poſ
ſit. Reſponde q. non ſed requiri q; iuxta contractum in-
continenti fiat. l. petens, & l. in bonæ fidei ſupra de pac. &
l lecta. ff ſi cer. pet & ſi fiat ex interuallo requiritue ſtipu-
latio quia licet nudo conſenſu fiat & ex eo cõtractu oria
tue actio. l. conſenſu. ff. de actio. & obligat tamen promiſ
ſio de uendendo, & retrouendendo nuda cõnentione fa
cta actionem non producit, differunt enim prædicta ut
latius declarat Soci. in conſi. 253. col. 2. ſequuntur hic ſim
pliciter Moder. bononien in. q. 38. dicentes q; ſi reperiaẽ
eodem die coram eiſdem teſtibus factum pactum præ-
ſumitue incõtinenti factũ, ut per Cep. in tit. de præſump.
contract. in ſecunda pręſumptione primi caſus peincipa-
lis de quo uide Cur. in cõſi lv. col. ij. & . 3 Soc. in loco pręe
allegato Deci in. d. l. petens in ſecundo not. & in cõſi. 252
col ij. Alex. conſi. 122. lib ii. ponentem quomõ teſtes exa
minati probent pactum per ſtipu factũ fuiſſe. quæ omnia
limita. ex dicendis. j. in q. 79. Quinquageſimooctauo
quæro Certum eſt q; remanent in cõductione poſt im- 188
pletam & finitam locationẽ uidetur rem reconducere ad
annum ſi prædium ſit ruſticum, ſi vero vrbanũ eatenus
quatenus inhabitauerit l. item queritur. §. qui impleto. ff.
loca pone q; in locatione locator conductori promiſerit
rem retrouendere intra tempus locationis, vtrum eeloca
tio tacito conſenſu facta intelligatur cum facultate rẽ fran
chandi ſeu redimendi.

Pro parte affirmatiua facit tex. ipſius. §. qui impleto, &
l. lecta cũ ibi not. q; prorogatio termini cũ omnibus ſuis
qualitatibus facta intelligitur. item quia dictum pactũ cen
ſetue pars contractus. l fundi partẽ. ff de conteahen. empe.
ergo renouata locatione etiam pactũ renouabitue tanq̃
pars ipſius locationis.

Partem negatiuam tenent hic Moder. bononien. q. 511
quia obligatus ad tempus puta eetrouendere intra tẽpus
locationis eo finito nõ tenetur lege eũ qui in. §. qui ita ubi
Bar & ſcriben ff. de uerb. obli. ſecũdo quia patientia præ
ſtita in illa locatione tacita, & reconductione non opera
tur neque ſe extendit vbi de graui agitue præiudicio ſeu
de dominio transferendo ſecundum Bald. in. d §. qui im-
pleto ergo non vendicabit ſibi locum in quæſtione no-
ſtra & ita conſuluit Alex. in. v. uolu. conſil. 76. & Imol. in
conſi. xxxvj.

Nec obſtat. §. qui impleto quia vt proxime dixi locũ
nõ habet in caſu noſtro vbi de traſferendo dominio agiẽ
ad alia conãtur reſpondere præfati Moder. ſed non bene
ideo dicas ad regulã. l. lecta q; non habet locũ in his quæ
ſunt contra naturã cõtractus & magnam cum eo habene
diſſimilitudinẽ peout eſt huiuſmodi pactum cũ cõtractu
locationis ut per Alex in peæallegato conſi col ij. præte
rea dicta regula multas inſtantias patitue, ut ibi pee doct.
ſi enim iueaſti tali tempore ſoluere & ꝓrogauerim termi
num ſolutionis, prorogatio nõ intelligitur cũ eodem iu-
ramento facta per tex. in. c. pen. de iureiurando & ibi per
doct. in not ita hic quia agitur de transferendo dñio pro
rogatio non intelligitue cũ illo pacto facta. ad. l fundi par
tem reſpon. procedere quando pactum eſt correſpectiuũ
prout loquitur ille tex. ſed in caſu noſtro pactum non ui-
detur habere correlationem, nec reſpectum ad contractũ
quũ contractus & pactũ ſint pro eodem, ideo non diciẽ
tunc pactũ paes contractus vt per Deci. in. d. l. in bonæ fi-
dei in vlti not. ex quo infero q; ſi pactum franchandi re-
ſpectum & correlationem haberet ad contractum, & qa
ideo conduxiſti quia feci tibi pactum de eetrouendendo
q; iſto caſu proprie militaret diſpoſitio. d. l fundi partẽ q;
pactũ cenſeretue pars contractus, & uideretur relocatio
& reconductio facta cum eo pacto facit quod poſt Bald.
ſcribit Deci. in d. l. lecta in. vj. no. q; prorogatio termini ſit

etiã cũ iuramẽto qñ fuit de eo cogitatum,pceditq; princi
palis concluſio de qua ſupra etiam q̃ illa talis tacita reloca
tio per ſtatutum induceretur, et maxime qñ cõdu.ctor ex
ſui parte contractum primæ conductionis non adimple
uiſſet vel actum eſſet q̃ finito tempore primæ locationis
nullo modo intelligatur facta relocatio, etiam non ſecuta
proteſtatione, aut aliter appareret renunciatũ beneficio d.
§.qui impleto, vt per Alex.et præſatos Moder.vbi ſupra
& vltra eorũ dicta ad ornamentũ,& materiã præallegati
§.qui impleto vide eundem Alex.in conſi.17.col.pen.&
conſili.28.volu.4.Signoro.in conſi.32.col 4.Cor.in cõſi.
347.lib.primo Barba.in conſi. 31. volumine primo. &
conſi.14 columna penultima libro ſecundo, Socin.in cõ
ſilio.45.libro ſecundo &.17.lib.iij.

189 Quinquaſimonono quæritur✠An alluuione quæſitũ
veniat in retrouenditione facienda reſtituendum, & pro
eodem pretio.Pau.de ca.in conſi.388.videtur dicendum
in antiquis dicit q. ſic, ſecus in augmento apparenti per
tex.l.item ſi fundi in §.huic vicinus.ff.de vſufr ubi aluuio
nis vſufr.ad fructuariũ pertinet.ſecus in inſula juxta fun-
dum in quo habes uſumfr.nata.cuius uſufr.ad fructuariũ
non pertinet faciunt quę ſcribunt Moder.in tract.de aug
mento fol.ix.verſi.quinta concluſio,& fol.15. verſi.præ
dicta tamen q̃ aucta re & ita iam multis annis præteritis
hic dicebam in.27.q inuenio nunc q̃ Moder. bononien.
hic in pe.q.nulla facta mentione Pau de ca.nec prædicto-
rum amplectuntur hanc partem quando promiſi retro-
uendere fundum ſitum in tali loco a re puta acquiſitum
pro eodem pretio per tex.in §.ſi poſt emptionem inſtit.
de contrahen.empt. & l.ij.C.de peric & commodo rei
ven.idem dicunt quando prædium fuit venditũ ad men
ſuram & pro qualibet menſura pretium non fuit conſti-
tum ſed pro toto prædio, quod eſt tot iugerum vnum
pretiũ per tex.l.qui ſæpe in.§.in his ff.de cõtrahen.empt.
&.l.iul.in.§.ſi titius.ff.de actio.empti iunctis ibi dictis per
190 Bar.uolentem non cenſeri tunc uenditionem factam•ad
menſuram ſecus quando uenditio & promiſſio de retro-
uendendo eſſent ad menſuram, puta uendidiſti mihi talẽ
fundum iugerum cẽtum pretio ſcutorum decẽ pro quo-
libet jugere cum pacto de retrouendendo pro eodẽ pre-
tio, tunc augmentum ſicuti diminutio ad uẽditorem ſpe-
ctaret per.d.l.ij.&.§.ſi titius pro cuius ornamento & ma
teriæ intelligentia uide Alex.in conſi.106.cũ ſequẽti lib.
vj.Decium conſi.347.&.500.& ex ibi dictis habes decla-
rationem ad id quod dictum fuit de prædio ad mẽſuram
uendito cõſtituto uno pretio pro toto prædio ut nõ dica
tur uenditio facta ad menſurã quomodo intelligatur.ſed
hæc latius alibi Deo fauente declarabuntur.

Sed eſt aduertendũ, mihi enim nuper altius cogitanti
cõtrariũ indiſtincte tenendũ viſum fuit aluuione quæſi-
tum nõ eſſe pro eodem pretio reſtituendũ & præallega-
ta iura.l.ij.&.§.ſi poſt emptionẽ contrariũ eius ad qđ alle
gantur pbare, nã ſi vi fluminis fundus uẽditus diminu-
tus fuiſſet uenditor in cuius eſt poteſtate redimere, & nõ
redimere uerîſimiliter nõ redemiſſet quĩ nemo ſuum ia-
ctare præſumatur uulg.l.quũ de indebito ff.de proba. er
go econtrario aucto fundo per alluuionem nõ debet poſ
ſe petere illud augmentum, & ad eum ſpectat cõmodũ,
ad quẽ ſpectat periculum ut dicit tex.in.d §.ſi poſt em-
ptionẽ qui ad oppoſitum eo modo retorquetur ideoq;
94 ibi alluuione quæſitum ad emptorem ſpectat, quia em-
ptio & uẽditio erat perfecta & rei periculũ ad emptorem
ſpectabat pariter & emolumentũ ad eũ pertinere debet.
ſed in qõne noſtra emptio & uẽditio nõ eſt perfecta imo
de nouo facienda, quũ ſit in facultate uenditoris redimere
uel nõ redimere ut diximus, per quæ etiã patet nõ obſta
re.§.huic uicinus q loquitur in diuerſis terminis, ſequitur
enim augmentũ ibi naturã eius cui accreſcit ut ibi p glo-
ſam, & ſicuti ibi periculũ diminutionis ad fructuariũ ſpe
ctaſſet ita & augmentũ ſpectare debet, eſt igitur eadẽ ra-
tio augmenti & periculi in præſenti quæſtio, ſecus ut di-
xi & per conſequens pro ſe retinere poterit illud augmen
mentũ ſi non uult tradere per.l.pe.in fi.ff.de actio. empr.
ubi ſi in fundo uendito plura reperiantur dolia q̃; dictũ
fuit tempore uenditionis emptori præſtanda ſunt ea tan-
tum de quibus fuit in uenditione actum • facit tex.§ qui 191
agrum.l.qui fundum ff.de contrahen empt.ubi quod re
peritur ultra menſuram in uenditione dictam præſtatur
eodem pretio, quia ita conuentum fuerat ſecundum qđ
ibi ſentit glo.in uerbo eius, ſecus ergo quando uenditio-
nis tpe de hoc dictum nihil fuit.nunquid autem per alu-
uionem mutetur iuriſdictio ſicuti mutatur dominiũ et ter
ritoriũ, uidi in facto qõnem arduã quicquid dicat Bar in
tractatu tyberiadis in.6.col uide pulcherrimũ conſilium
collegij papienſis inter conſilia Curtij ſenioris in cõſi.57.
Cor.in conſilio.322.lib primo &.282.libro tertio. Soci.
cõſi.181.libro tertio.Io fabr.& Ang.Areti.in.§.prætrea
inſtit.de rerum diuiſione.& Iaſ in cõſi.146.libro ſecundo
cuius conſultatio confunditur per dicta collegij papien.
in conſilio præallegato.

Sexageſimo quæro• ſtante ſtatuto uel cõſuetudine q̃ 192
emens rem ab aliquo teneatur illam pximiori uẽditoris
retrouendere intra annum p eodem pretio, pone q̃ ha-
bens uſumfr.in fundo ipſius proprietatẽ emerit an cum
uſufructu tenebitur pprietatẽ retrouendere uideretur q̃
ſic ad ſimilitudinem incrementi alluuionis, quum ſit con
ſolidatus proprietati, arg.l.item ſi fundi in.§.huic uicinus
ff.de vſufr.ſecundo quia per talem acquiſitionem pprie
tatis iure conſolidationis extinctus fuit, quum in re pro-
pria haberi non poſſit.l.uti frui ff ſi uſufr pet.unde licet ac
quiſitio pprietatis reſoluatur agẽte dicto propinquo ad
retrouen.tamen vſusfr.extinctus non reuiuiſcit ſed ad p-
pinquum pleno iure proprietas trãſire debet arg.l.ſi tibi
ff quibus modis uſufr.amitt.

Oppoſitum uerius eſt quia uſufr.retineri poteſt prout
antea pmittebatur & ſolum tenebatur proprietatem re-
trouendere ſicut ſolam emit.l.dominus.ff.de uſuſru.item
uſumfr.non emit ergo non tenetur retrouendere, ſtatutũ
enim loquitur de emente uel acquirente ut retrouendere
teneatur,& licet per acquiſitionẽ pprietatis fuerit extin-
cta forma uſufr.non tamen extincta fuit ſubſtantia quia
de formali effectus eſt cauſalis, unde quum adhuc duret
ſubſtantia ſeu eius effectus etiam emolumẽtum extingui
non debet.l ſi ex pretio.C.ſi cer.pe.l.prima.C.ſi antigor.
credi.ex quibus patet ſolutio ad allegata in contrarium et
latius reſpon.Pau.de caſt.q̃ in terminis ſic conſuluit cõſi.
388.videtur dicendum in antiquis.

Sexageſimoprimo quæro✠minor ex pacto vel aliter 193
ius redimẽdi fundum habebat an tutor uel curator, illud
remittere poſſit uel alienare, dic quod non, niſi cũ ſolenni
tatibus in alienationibus rerum minorum requiſitis, ga
idem iudicamus de actione ad rem immobilẽ cõpetenti
quod de re ipſa immobili ad quam actio competit • ita 194
q̃ ſolẽnitas quæ requiritur in alienatione rei immobilis
pariter exigitur in alienatione talis actionis, glo.& doct.
in.l.j.C.ſi aduerſ.tranſact.late Ange.& alii in l.i. in. §.fuit
quæſitum.ff.ad trebel.Alex. conſi.49.libro tertio. ſicuti
ergo res immobilis minorum alienari non poteſt, ſine ſo
lennitatibus a iure requiſitis, ita obligatio & actio ad fun
dum per retrouenditionem obtinendum cõpetens ſine
dictis ſolennitatibus remitti nequit, et ita conſuluit Alex.
in conſilio.27.col.fina.uol.iij.faciunt quę ſcribit Gozadi.
in conſilio decimoſexto.

An autem terminum rechati uel ſolutiõis poſſit tutor
prorogare dicam infra in quæſtione.cij.

Sexageſimaſecunda.q. •Executores teſtamenti.rẽ hæ- 195
reditariam cũ pacto de retrouendendo diſtraxerunt, po-
ſtea iterũ pure rem ipſam eiſdem emptoribus uendiderũt
utrũ ius redimendi remiſſum cẽſeatur, ita q̃ hæredes qui
bus late ius q̃ſitũ fuerat ex dicto pacto iuuare ſe nequeãt.

Dicas ꝙ non quia ius ex ſtipulatione primi cõtractus
quæſitũ nõ cenſetur ex ſequẽti uenditione remiſſum, nul-
la facta mentione pacti de retrouendendo. l. ſi tibi liberũ
ff de actio empt facit tex. l. cũ indebito. ff de probat. et in
c. ſuper hoc de renun ita tradit Alex in cõſi 122. vol. ij. &
in conſi. xxvij. vol iij. vbi quid operetur ſecunda uẽditio
de eadem re facta declarat.

196 Sexageſimatertia quæſtio. ✱ In tract et præfationibus
uenditionis dictum fuerat ꝙ eãdem rem debeat emptor
retrouendere pro eodem pretio intra tale tẽpus. poſtmo-
dum ex interuallo ſecuta fuit ipſius rei uẽditio pure et ſine
pacto aliquo, an in ſubſecuto uenditionis cõtractu tale pa
ctum repetitũ cenſeatur? Dic ꝙ non per tex. l. cum in plu
res in § locator horrei ff. loca. & in. l. per retentionem. C.
de uſufr. cũ glo tradit Alex. in conſi. 27. lib. 3. & cõſi. 122.
uol. ſecundo ubi ſecus ait eſſe quando incõtinenti ſecutus
eſt uẽditionis contractus quia tũc dicta in præfationibus
cenſentur repetita in cõtractu ſubſecuto. l. item quia in ſi.
cũ notatis ff. de pact. l. tiria. §. Idem reſpon. vbi Iaſon plene
tradit, ff. de verbo. oblig faciunt quæ ſcribit Matthe. de
afflí in deciſione regni. 285. col. ſi Ludoui. Gozadi. bono
nien. in conſi. 16. & in propoſito noſtro Pau. de ca. dicens
ſe ſic cõſuluiſſe in l prima in §. conuentionum. ff de pact.
vel quando fuiſſet celebratus venditionis cõtractus cum
tali pacto, ſed notarius ex interuallo feciſſet inſtrumentũ
quia attenderetur tempus celebrati contractus non cõfe-
cti inſtrumenti ut ibi per Alex.

Quãdo aũt in cõtinenti dicatur ſecuta venditio decla-
rat. Curt. conſi. 55. col ij. & tertia & Soc. conſi. 213. col. ij.

Sexageſimoquarto quæriř. ✠ Verũ facta retrouẽditio
197 ne virtuti dicti pacti ius obligatiõis in ea re ante retrouen
ditionẽ factã cõſtitutũ extinguaľ Bar. in l. in diẽ. ff de aq̃
plu. arcẽ. determinat ꝙ ſic per tex. l. ſi ex duobus in. § ſed
& marcellus ff de in diẽ addic. ſequitur Pau. de caſt. in. l. ij.
col. 3. ſupra de reſcin. uend. Soci. cõſi. 80. col. ij. lib. iij. Dec.
in cõſi. 88 col. 2. & cõſi. 239. col. ſi. &. ff ſi cer. pet. in. l. ſi ſor-
cius Fabia. de. S Sauino in tract de empt. & ven. in quar
ta quæſtione. vij. principalis, & Moder. de fano. in tract.
pigno. fol. 34. col ij.

Ad oppoſitum facit quia quotieſcunq; ex uoluntate
uenditoris fit reſolutio cõtractus tunc nõ extinguitur ius
in re conſtitutũ tex eſt in. l. iij. ad ſi. ff. quibus modis pign.
vel hyp. ſol. ubi Bar notat. & eandem regulam tradit in
d. l. in diem uolens ꝙ reſciſſo contractu per remedium. d.
l. ij. non extinguatur ius pignoris in eo conſtitutũ, ſequi
tur Alex. in cõſi. 45. col. ij. lib. v. & Iacobi de. S. Georgio
in tract. feud. in verbo. ita ꝙ ipſi uaſalli col. pe. non enim
conuenit eſſe in poteſtate pignorãtis, & cõſtituẽtis ius in
re illud extinguere. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. & l.
ſi conſenſit. ff. quibus mod. pig. uel hyp. ſol. ſed ex pacto
de retrouendendo emptor retrouendere preciſe nõ com-
pellitur nec rem reſtituere vt ſupra dixi ergo retrouẽden
do remq; reſtituendo voluntarie agit. iccirco conſtitutũ
ius in ipſa re extingui non debet.

Ad. §. ſed & marcellus reſpondebã ꝙ non loquitur in
pacto de retrouendendo ſed in pacto adiectionis in diem
quod continet cauſam bonorũ ideſt dominij & reſolutio
fit ex neceſſitate non ex uoluntate & in terminis quæſtio-
198 nis noſtræ ✠ Ad legẽ uectigali ff de pig & hy ubi reſolu
to iure datoris reſoluitur ius acceptoris reſpon. ꝙ fit reſo
lutio facto emptoris ad id directe non ordinato ut in caſu
noſtro & prout illum tex. declarat Bart. in. d. l. in diem in
ſi. comprobanř prædicta, quia re in totum in tertiũ poſ-
ſeſſorem alienata ab eo auocari non poteſt ut in. 23. q. di-
ctum fuit ergo nec ubi in parte altera eſt grauata argum.
uulg. regulæ legis quæ de tota. ff. de rei uendicatione, &
c. cum illorum de ſen. excom cum gloſa in capitulo cum li
cet de reg. iur. in ſexto.

Quia tamen ab opinione Bart cõmuniter approbata
non eſſet recedendum pro defenſione dicendum eſt ꝙ
imo iſta retrouenditio & huiuſcemodi reſolutio fit ex ne
ceſſitate præcedentis contractus & præambulæ ꝓmiſſio-
nis de retrouendendo ſi non uult ſcilicet ad intereſſe tene
ri poteſt enim nolle retrouẽdere ſi intereſſe uult præſtare
ſicque nõ eſt oĩno præciſa neceſſitas, eſt tñ cauſatiua ſi nõ
uult ad tale intereſſe teneri ideo nõ dicitur uoluntarie fieri
retrouendere ✱ Illud enim dicitur uoluntarie quod nul 199
la coactione interueniente fit ſecundum Bald. in tracta.
ſciſmatis col. v. per. l. ſi quis maior. C. de tranſac. facit tex.
c primi & ſecundi xv. q. j. dũ tractat de peccato uolũtario
& tex. not in l. iiij. ff. de reg. iur. quod ſeruit ad intelligen-
dum quando homicidium dicatur uoluntarie cõmiſſum
& ſic dicitur ex neceſſitate retrouendere quo caſu reſolu-
to contractu, reſoluitur ius in re conſtitutum. facit qd di-
xit Bal. in. d l ij. C. de reſcind uen. col. 9. uerſic. iuxta hoc
quæritur ꝙ quando res uendita reſtituta fuit nõ uolunta
rie, ſed ex neceſſitate iudicij intentati tunc reſoluitur ius
pignoris. ſequitur ibi Pau. de ca & Alex. in apoſtillis ad
Bar. in. d. l. iij. in ſi. et tamen neceſſitas illa omnino præciſa
non erat: quia poterat ſoluere & ſupplere iuſtum preciũ
iuxta terminos. d. l. ij. & planius ꝓcederet concluſio Bar.
quando facta eſſet prohibitio alienandi rem rechato ſup-
poſitã prout in ditione Sabaudiæ celſitudinis ex forma
ducalis decreti ad quod vide Iacobi de. S. Geor in tract.
feud. loco præallegato & melius in verbo qui quidem in
ueſtiti col. 17. no. per Iaſ in. l. mandata col. j ff. de offi. eius
& adhuc clarius qñ promiſſio de retrouẽdendo iuřo con
firmata eſſet quod preciſe aſtringit ut in not. diximus.

Sexageſimoquinto quæritur ✱ An ille q̃ promiſit face 200
re pactum de retrouendendo immediate ad retrouẽden-
dum cogi poſſit abſque alio pacto? videtur ꝙ nõ ſed agi
debeat ut retrouendat iuxta conuenta, & formam pacti
iuxta legẽ placet cum ibi nota. per Parpal. in. 36. colũna
C. de ſacro. ſanct. eccle. & Pau. de ca. in conſi. 145. colum-
na ſecunda in antiquis ac Feli. in. c. cum ueniſſet columna
prima de teſti.

Ad oppoſitum facit ✱ quia circuitus euitãdi ſunt. l. do 201
minus teſtamento. ff de condi. inde per quam regulã di-
cit eleganter Io. an. in rub. de oblig. & ſol. in addit. ad ſpe-
cu. ꝙ ille qui promiſit mihi in decem ſe obligaturum põt
imediate ad illa decem conueniri abſque alia obligatione
ut inutilis euitetur circuitus, ſequunř Alex. Ial. et plerique
alij Moder. in. l. cum fundus in. §. ſeruum tuũ imprudens
in not. ff. ſi cer. pet. ut igitur euitetur circuitus debet poſſe
immediate cogi promiſſor ad retrouen. & ita conſuluiſſe
& obtinuiſſe dicunt Moder. taurin. in. d §. ſeruum tuum
imprudens. col. 4.

Sed opĩo iſta a uero deuiare uidetur: aliud enim eſt fa
cere promiſſionem de retrouendendo, aliud retrouẽdere.
ex primo actu ſolũ datur actio perſonalis ut hic & cõpe-
tit ius non in re ſed ad rem; quod eſt debilius ſecus ex re
uẽditione Ang. in cõſi. 199. ex forma, Iaſ. in. l. in bonæ ſi-
dei col. ij. ff. de eo. quod certo loco & ſic nõ ꝓcedit in pro
poſito ꝙ de euitãdo circuitu dicebatur quũ magna ſit dif
ferentia inter prædictos actus. item quia ut ſupra dictum
eſt non cõpellitur quis preciſe retrouendere, ſed liberatur
præſtando intereſſe falſum eſt ergo in propoſito dicere
ꝙ circuitus ſit inutilis ex quibus patet ꝙ ubi adeſſet iura
mentum quod præciſe obligat. uel ſpecialis lex, ꝓut in di
tione Sabaudiæ decretum ducale opinio prædicta defen
di poſſet & quãuis Dec. in. d. § ſeruum tuum imprudens
col. j. deciſionem Ioan. and. ſupra relatam improbare ni-
tatur, illam tamẽ defendit ac ſuſtinet Ruinus motiuis De-
cij reſpondens in repet. §. cato in. l j. lect. num. x. cũ ſequen
ti optime declarans.

Sexageſimoſexto loco q̃ro ✱ ſtatuto caueř ꝙ ſi irrequi 202
ſito conſorte res uendita fuerit emptor ꝓ eodem pretio
intra annũ retrouendere dicto conſorti teneatur, an retro
uendens de euictione cauere debeat? quod prima facie ui
debatur dicẽdum. quum id ſit de natura uenditi lege em-
ptori

ptori in principio,& lege ſi in uenditione cum l.ſequenti.
ff.de euic.Deci.in conſi.483.col 3.

Sed ueritas eſt ad oppo.quia ſufficit ceſsio iurium ſecu-
ta retrouenditione quæ ex neceſsitate ſtatuti ſit reſoluitur
enim omnis obligatio per eum ſorte in dicta re contracta
quẽadmodum diximus in. 64.q. ideo alia cautione opus
non eſt ſed ſufficit ceſsio,& ita concludunt etiam Moder.
de fano in trac.de pignor.fol.34 col ii.

203 Sexageſimoſeptimo quæritur ✠ uendidi tibi domum
cum pacto de retrouendendo intra annos ſed Redimẽdi
ius ceſsi tertio inde emptor de conſenſu uenditoris qui mi
hi ius redimendi ceſſerat domum prædictam alteri uendi
dit & poſſeſſionem tradidit ceſsionarius agit contra pri-
mum & ſecundum emptores pro retrouenditione dom⁹
obtinenda an recte agat? Arduam uidi in facto quaſtio-
nem dicebatur ꝙ non quia ceſsionarius primo emptori
denunciare debebat ne alienaret , alias de conſenſu primi
uenditoris id facere potuit l 3.C. de noua. ego quantũ ad
terminos ipſius quæſtionis in loco Iudicii ſemp fui opio-
nis contrariæ attenta forma ducalis decreti in hac patria ꝑ
quod quidem decretum omnes emptores & poſſeſſores
ad retrouen compelluntur nec potuit primus cedens iterũ
alii iura ſua cedere in prẹiudicium primi præualẽte ceſsio-
ne prima.l.non quæcunque in.§. gaium cum not.ꝑ Barr.
ff.de leg ſecundo & ita conſuluerunt multi famigerati ad
uocati,quia tamen iudicium repugnantia nota perſpicie-
bam rem amicabiliter componi procuraui.

204 Pro intelligentia autem & limi.d.l.iii.C. de noua.✠ ui-
de Rapha.cõmen.in conſi.4.Alex conſi.xv.lib. vi eundẽ
& Rimi in.l pacto ſucceſſorum ſupra de pac. ubi etiam ꝑ
Deci in ſi Barb.conſi lii.in.4. dubõne lib.4. Socin.conſi.
xviii.in.iii.q.principali uol. primo & Iaſ.in.l.ſi cũ empto-
re.ff.de pact.

205 Sexageſimooctauo quæro ✠ promiſiſti mihi & ei quẽ
nominauero rem retrouendere nulla noiatione facta de-
ceſsi an poſt mortem meam res libera erit? Reſpon. non
uerum ad redimendum hẹredibus ius eſſe quæſitum per
tex.in.l.fundum reſponſum.C.de contrahen.& commit.
ſtip.ita conſuluit Deci.in conſi.143.ubi etiam ponit ꝙ fa-
cta retrouenditione ſempronio noīe titii & pro eo quem
titius nominabit non poterit titius conditiones in noiatio
ne apponere de quibus etiam per Alex.in conſi. ccxxii.
uolu vi.ubi conſuluit quod ſi quiſpiam actionis ceſſionẽ
habuerit ab eo qui ſundum redimere poterat,acceptatam
pro eo in cuius fauorem fieret declaratio. Poſt modũ ex
interuallo de vno declarauit,ꝙ tempore ceſsionis erat fo-
renſis & acquiſitionis immobilium incapax , ſi tempore
declarationis effectus ſit ciuis & capax declaratio ualebit.

206 Sexageſimonono quæritur ✠ emptor ꝓmiſit retrouẽ.
in decem annis nunquid poterit uenditor redimere quan
docunque uoluerit intra illos decem annos,uidetur ꝙ ul-
timus annus dictorum decem expectandus ſit,& in quali
bet parte anni redimi res poſsit. Ita Guido papæ i.q.516.
per tex.in.l i.in.§.quibus.ff.de ſuc.edic. & not.per Bar.in
l.ſi cui ff.de leg.primo,ubi Aret pulchre in.ii.col.idem iu
ris eſt ſi in decem annos retrouendere promiſſum ſit,per
tex not.in.l.ſi annos.ff.de condi & demon. ꝙ etiam plus
probat expectandam eſſe ultimam diem anni nouiſsimi,
licet de danda libertate quæ fauorabilis eſt agatur , ſed ſi
intra annos decem retrouendere promitterem quocunq;
tempore illorum decem annorum uenditor redimere poſ
ſet,quum oẽ tempus quod termino prẹdictorum decem
annorum clauditur intra eſſe recte dicatur,ut per Aul.gel.
c.13.lib.12.& ꝓbatur in auct.de appel.& intra quæ tem-
po.col i.ſi uero edictum fuerit uſque ad.x.ann.uide Fabi.
in trac.de emp & uend.in.vi.q.vii.q. prin.an autẽ in duo
bus primis caſibus contractus illicitus cenſeaꝭ ex quo em-
ptor oĩno pendente ſpe fructus lucrari uoluit,Guido pa-
pæ loco præal.affirmatiuam partẽ tenet, ego ſupra in.vi.
q.oppoſitum uerius eſſe probaui.

Septuageſima quæſtio ✠ Religioſus nomine eccleſiæ 207
cui præerat fundum emit poſt dies quindecim pactum de
retrouendendo intra certum tempus uenditori fecit,an va
leat & ſeruari debeat Dum de hoc controuerteretur dice-
bam ꝙ non,quia res ſemel.libere eccleſiæ acquiſita extitit
vnde ſine ſuo conſenſu & facto ab ea auferri nequit vulg.
l.id quod noſtrum de reg.iur & l ſi.ff de pact. facit lex ſi
ad reſoluendum. C. de præd.min. dum enim contractus
erat in fieri,tale pactum apponi potuit & cum onere tali
eccleſiæ acquiſita fuiſſet , ſed poſtquam eſt in eſſe non per
prædicta.facit tex.not.in l.ſi autem dominium ibi ꝙ cre
dendi tempore pactũ eſt ualere ff.de pac.& in l. apud cel-
ſum.§.in hac ff de excep doli & in l.1 in ſi.cum.l ſeq.ff de
rebus eorum & in.c.i.quid iuris ſit ſi vaſ. poſt alie.feu.re-
cuperat,iunctis Fel.in.c. primo col viii.uer. reſtringe du-
pliciter ut lite non conteſt.Deci.in.l.3.ad.ſi. cõmenti ſupra
de pac.& Iacob.de S. Geor. in trac de heroydis col x. &
Gozadin.bononien.in conſi xvi.cũ aliis quæ ſcripſimus
ſupra in q.xxxvi.& in.q.ſeq dicentur.

Septuageſimoprimo quæro. ✠ An filiusfam. rem per 208
ſe acquiſitam poſsit ſine conſenſu patris retrouendere &
in uenditorem dominium transferre videbatur ꝙ ſic qa
ex omnibus cauſis obligatur præterquam in voto & ma
cedoniano l filiusfa ff. de actio. & oblig. Sed uerius eſt
oppoſitum & conſuluit Alex.lib. vii.conſi.cvi. per tex.l.
h.in.§ filiis autem.C.de bo. quæ lib.& ſi ex promiſsione
de retrouendendo actione Perſonali conuentus ad retro-
uendendum condẽnatus fuerit executio contra patrem le
gitimũ adminiſtratorem bonorum fieri non poterit,pa-
tre uero conſentiente ſecus eſſet per illum tex. & ea q̄ ſcri-
bit Anchar in cõ.cvi.dubitatur.Prædicta ergo intelligũ-
tur quantum ad p̃iudicium partis ſecus quo ad p̃iudicium
filii quia obligatio ualeret,& ipſe actione perſonali tenere
tur item quando eſſet res talis in qua pater non haberet
uſumfru.poſſet tunc per filium ſine patris conſenſu aliena
ri per tex.d.§.filiis autem,& ea quæ ſcribit Pau. de caſt.in
conſi.cxxvii primo videndum in antiquis faciũt quæ ſcri
pſi in p̃cedenti qõ & in.q.xxxvi.

Septuageſimoſecundo loco quæritur ✠ feciſti mihi pa- 209
ctum de retrouendendo quum petiero uel quum uolue-
ro nunquid hæc uerba ſuſpendant actum , ita ꝙ requiraꝭ
declaratio ante mortem quaſi actus ſit conditionalis , dic
ꝙ non,ĩmo admonitionem quandam potius important,
ideo hæres redimere poterit per tex.l ſi decem cum petie
ro cum gl.ff.de uerb.obli.notat Alex.poſt commen.in.l.
centeſimis §.i.col.i.eo.tit.ſecus ſi dixiſſet ſi petiero uel ſi uo
luero ſecundum gl.d.l.ſi decem. Quid ſi promiſiſti arbi
tratu meo retrouendere idem dicendum eſt,ꝙ in caſu d.l.
ſi decem ſecundum Alex.ibi in principio per tex.l.cũ ſtipu
latus ſim mihi a proculo ff.de uerb.obli. Sed quid ſi ar
bitrio titii uidetur ꝙ a perſona cuius arbitrium inſertũ eſt
recedi non debeat per tex.l.ſi quis arbitraꝭ.ff.de uerb.obl.
& illa arbitrãdi poteſtas ad uitam ipſius titii durat ex quo
aliter non eſt determinata iuxta ita tradita per doctores.

Septuageſimotertio quæritur ✠ Emptor in retrouendi 210
tione quam facit uirtute prædicti pacti monetæ augmen-
tum a tempore contractus citra petit & ſibi fieri ſolutionẽ
ſecundum ẹſtimationem temporis contractus quum for-
te aucta ſit æſtimatio pecuniæ excipit uenditor emptorẽ
ex fundo fructus percepiſſe,ideo nõ deberi ſibi aliud aug
mentum ne cum ipſius iactura nimis lucretur contra.l.nã
hoc natura ff.de condi indeb quẹſtio eſt utilis & frequẽs.

Determinaui alias in prioribus ſcriptis deberi augmen-
tum monetæ quum tempus contractus inſpiciatur & de
moneta tunc currenti obligatio intelligatur.l res in dotem
ubi Bar.not.ff.de iu.dot.l.quũ quid &.l.qđ te.ff.ſi cer.pe.l.
paulus ff de ſol.cum not per Bar.& alios in prædictis lo-
cis &.c.pe.&. c.olim cauſam cum glo.de cenſi & poſt Al
ber.tradit Iaſ.in.l.ii.col.xxix.in.xxxvi.q.C. de iu.emphit.
Nec obſtat qđ de pceptione fructuũ obiiciebaꝭ, qa quũ

ex re ſua emptor eos perceperit ſuos fecit, dominiũ.n.ta-
211 lis rei, ✠ fructuum acquiſitionem cauſat l.ſequiꝛ in.§.fru-
ctus.ff de uſucap & notat Soci.in.l. qui Romæ in princi-
pio in ulti.col.ff de uerb.obli.
Hinc eſt quod licet bonę fidei poſſeſſor fructus ſuos fa-
ciens eos cum expenſis melioramentorum cõpenſare te-
neatur.c.ad noſtram de rebus eccleſiæ non alien.l.ſumpt°
212 ff.de rei uend &.l inſuiam.§.fructus ff.ſol.matri ✠ tamẽ
hoc procedit quando ex re aliena, quam bonafide poſſi-
debat eos percepiſſet ſecus ſi ex ſua alteri reſtituẽda in euẽ
tum alicuius diei uel conditionis, quia tunc tales fructus
non computabuntur cum melioramentis, ſed melioramẽ
torum expenſæ integraliter reſtituendæ erunt ita Bal. &
Ang.in.d §.fructus per glo.ſing.l.emptor circa principiũ.
in ſi magnę glo ff de rei uend.hinc dicit Fel in.c. cum cau
ſa col pe.& ſi de re iu d.ꝙ quando fructus percipiuntur per
bonæ fidei poſſeſſorem ſolum reſpectu poſſeſſionis locũ
habet diſpoſitio.d l.fructus &.l.in ſundo ꝙ fructus com-
penſentur cum expenſis melioramentorum, ſecus autem
ſi percepti fuiſſent ratione dominii etiam utilis, ideo em-
phiteota dicti reſtituens rem emphiteoticam melioratam
non computabit fructus perceptos cum expenſis melio-
ramentorum, ut etiam per Iaſ.in.l.domos in.ii not ff.de le
ga.primo, ſic in propoſito quum emptor ratione domi-
nii fructus ſuos fecerit mirum non eſt ſi ultra augmentum
monetæ conſequitur quinimo ut infra probabo non eſt
augmentum aliquod monetæ, ſed ſolutio eius quod pro
miſſum fuit & debetur & uidi ſæpe deciſionem meam ſer
uari, & ita nunc inuenio etiam conſuluiſſe Cur. iuniorem
In conſi.xxviii. Ad oppo.allegata quandoque fuit pul
chra deciſio Aquenſ in.l.ſi ex legati cauſa.ff. de uerb.obli.
& in.l.ſi paſcenda.C.de pac concludentis poſt Bal. Iaſ &
alios ꝙ quando pecora data ſunt æſtimata periculum cõ
mune ſit propter cõmodum quod percipit ille qui dedit
licet in paſtorem dominium tranſeat per tex.no.in.l titius
in uer.ſed nec ipſius.ff.de p̃ſcri.uerb. * quem tex.ual de cõ
213 mendat referens per illum tex.in facti q.ſe alias dixiſſe, dã-
tem pecuniã ad partem lucri & damni iuxta ea quæ ſcri-
bit Bal.in.l.i in.vi.q.C.pro ſocio petere non poſſe vt ha-
beatur ratio auctæ uel diminutæ æſtimationis pecuniæ
propter emolumentum quod ex ipſa pecunia perceptu-
rus eſt item quia ſi periculum pecuniæ ad eum ſpectat uel
cõmune eſt.d.l.titius multo magis periculum particularis
determinationis, & ſequuntur Moder.taurin in.d.l. cum
quid ſol.uiti. col i. ita pariter in qõne p̃dicta dicebatur cũ
emptor ex re empta fructum percipiat cõmodũ & emolu
mentum, iniuſte peteret auctæ uel diminutæ æſtimationis
pecuniæ rationem habere. * Altius tamen rem repetẽdo
214 aduertendum in primis eſt.nam quẽadmodum duplex ẽ
bonitas uini intrinſeca ut ſapor & odor, extrinſeca ut pre-
Mihi videretur nõ debere mutari ſtatum cauſæ reaſſumiq; debere cãm coram eccleſiaſtico in eodem ſtatu in q̃ erat coram ſeculari: alias priuilegium clerici in dãnum laici enormiter nimis traheretur quod legibus et rationibus repugnat. l. ii. §. merito. ff. ne quid in loco publico, cap. ſuper eo. de officio delega. plene per Dec. in cap. quæ in eccleſiarum col. xi. de conſtitutio. item quia inſtãtia cœpta cum defuncto, ſicque in clericum heredem tranſire debet quemadmodum & alia iura licet non tranſeat cũ illa qualitate vt finiatur ibidem coram ſeculari, ꝓpter priuilegiũ clerici qui debet coram eccleſiaſtico conueniri, & ꝙ tranſeat qñq; inſtantia licet alteretur qualitas eſt tex. ubi Bar. & alii notant in lege tam ex contractibus. ff. de iud. facit quod ſcribit Fel. in cap. ex tenore, col. penul. verſic. fallit quinto de reſcripti. ꝙ cauſæ cœpte coram vno iudice ob ſuperuenientem neceſsitatem coram alio finiri debent, vt ibi per eum facit tertia deciſio Rotæ in antiquis ꝙ nõ reuocatur ſtatus cauſæ contra ſucceſſorem in beneficio ſed continuatur, vt ibi late. accedant etiam quæ ſcribit Alex. in. l. pœnales ad finem. princ. ff. ad l. falcidiam

An ãt inſtantia debeat dici cœpta per citationẽ Alex. loco pręall. et in apoſtillis ad Bart. in. d. l. ſi eũ hoĩem poſt Bal. tenet ꝙ ſic quæ not. & utilia ſunt in practica.

XCIII. quæritur * filiusfa. fundum emit quẽ mihi re- 253
trouen. ad certũ tp̃s ex interuallo promiſit mortuo patre in caſu retrouenditionis inſurgunt fratres dicentes fundũ fuiſſe acquiſitũ ex re & ſubſtantia patris & ſic patri queſitum. l. quum oportet in principio. C. de bo. quæ lib. cũ ibi nota. & §. i. inſtitu per quas perſo. no. acqui. & ideo non poſſe in eorum præiudicium pro portionibus ſibi ſpectãtibus alienari filius qui acquiſiuit contradicit ex cã aduẽtitia & laboribus ſuis quæſiiſſe dicens. quilibet. n. ex proprio acquirere præſumiť. l. ſi defunctus. C. arb. tut. l. ii. C. pro ſocio & tradit Barto. in. l. facultas. C. de iure. fiſ. lib. x. quid iuris Reſpond. ſi conſtat ex ſubã patris acquiſitum impedietur retrouẽditio per fratres ſi ex induſtria & operis filii ſecus: quia in claris non eſt opus coniecturis. ſed ſi dubitetur ex qualitate perſonarum hoc colligi & præſumi põt, quid. n. ſi filius negligens ſit & nullius ingenii oĩſque bone artis expers, pater vero diues ex re patris dicã quæſiuiſſe econtrario ſi ſtudioſus ingenioſuſq; ſit artifex ex aduentitia cauſa quæſitum præſumi non negabo ut per gloſa in. d. l. cũ oportet in principio ſuper uerbo ſubſtantia Specu. in titu. de iud. in. §. ſequitur verſi. ut autẽ in iiii. parte dum dicit ꝙ ſi plures erant fratres in domo patris cõmorantes poſt mortem patris & ad lucrandum unus erat habilis & bonus artifex, tunc ſi quid quæſiuit non ex oĩbus bonis eius operis & induſtria quæſiuiſſe præſumitur niſi aliud probetur ut etiam pulchre per Roma. in cõſi. clix. ſuper eo. Barba. in. c. i. de pecul. cler. & in conſi. xxxix. col. penul. & fin. lib. iiii. Alex. conſi. xxx. ad fidem. & conſilio. lxxviii. colum. fina. volumi. ſecundo & conſilio. xviii. volumine tertio & conſilio. xxiii. & . xxxi. volu. iiii. & Deci. in conſi. vi.

Nonageſimoquarto quæro. * An bona per heredem
recuperata virtute dicti pacti transferãtur in fideicõmiſſa- 254
rium. Reſpon. hmõi bona fideicom. deberi quia poſt recuperationem ex prima cauſa apud hæredem eſſe dicuntur ut ait notanter Bar. in. l. in diem. ff. de aq. plu. arcen. cõcludens ꝙ facta alicui uenditione cum dicto pacto venditor qui virtute ipſius pacti rem recuperauit illam habere prout prius apud eum erat & conſequi debet. ideo ius hypothecæ reſoluitur ſi fortæ emptor medio tempore rem illam alteri obligaſſet ut late diximus ſupra in qõne. i. ex quo ſignificatur rem recuperatam apud heredẽ recuperantem tanquam hæreditariam eſſe videri & conſequẽter fideicommiſſario deberi: dicendum tamen hæredem recuperaturum a fideicommiſſario pretium, quia de propriis pecuniis redemiſſe videtur & pręſumitur, ut in ſimili notat Bart. & alii in. l. ii. C. pro ſoc. & Roma. in conſi. tertio & . clix. cum ſimilibus & ita conſuluit Decius in conſilio. ccxxxviii colum. fina. conferunt etiam quæ idem ſcribit in conſil. lxxxviii. & ſeruit in propoſito tex. in. l. domos. ff. de legat. primo.

255 Nonageſimoquinto quæro. * Emi uiuaria q̃ vt in no-
ctibus atticis ait Gellius nunc dicuntur ſepta quedã loca
in quibus feræ viue paſcuntur apud varronem leporaria
nũcupantur, pronſiſi retrouẽdere ipſa uiuaria intra certũ
tẽpus nũquid poſsim feras occidere ? pro parte negatiua
faciunt quæ ſcribit Bar. veronẽ in trac. de ſer. ruſt. prædi.
c. de mõtibus q. vi. de emente ſyluã & promittente retro
uendere ꝙ eam extirpare nequit quia fidẽ conuentionis
non ſeruaret, faciunt quæ ſcribit Pichus in rep. §. titia qõn.
256 xxxvi. de vſufructuario * quod arbores cedere non põt
ex quibus patet eum qui retrouendere promiſerat pen-
dente termino rechati non poſſe magnas arbores ad pe-
dem cedere facit tex. in. l. & eleganter in. §. non ſolum. ff.
de dolo ergo idem in promittente retrouendere viuaria
propter identitatem rationis: quia fidem cõuentionis ſer
uare non poſſet. Videtur ſic poſſe dici & concludi ne ꝑ
ſingula aĩalia propter difficilem diſcretionem incertum
ſit ius emptoris, qui alias forte intromiſit vel intromittet
feras poſſe occidere et ſufficere eundem numerum & per
ſingula quoq; ferarum genera venditori aſsignare quod
fuerat emptionis & venditionis tempore per tex not. in
lege vſufructuarium in. §. ſi in uiuariis. ff. de uſufruct. ubi
fructuario id facere conceditur rõne ꝑaſsignata. facit qđ
tradit Paulus de caſtro in conſilio. cccxii. ſuper eo. colu. ſi.
in antiquis ꝙ legato grege ſi aliqua pecora mortua ſint
& in eorum locum alia ſubſtituta propter difficilem ſepa
rationem eundem videri gregem. accedat not. tex. in lege
proponebatur. ff. de iudi. ibi nam & legionem eandẽ ha-
beri in qua multi deceſsiſſent quorum in locum alii ſubie
cti eſſent & populum eundem hoc tẽpore putari qui ab
hinc centum annis fuiſſet quum ex illis nemo nunc viue-
ret & niſi emptor id facere poſſet inutilis foret emptio
quod eſt abſonum & reiiciendum.

Poſtquam incidit ſermo illius pulcherrimæ et philoſo
phicæ legis proponebatur quã oẽs philoſophi nunc vi-
uentes neſcirent componere pulchra quædam & elegan
tia ad illius declarationem ſubiungam, dixerat iuriſcon-
ſultus non fieri mutationem iudicũ qui ad eandẽ rẽ dati
eſſent quin res eadẽ, idemq; iudicium quod antea fuiſſet
ꝑmaneret neq; in hoc ſolũ euenire vt cõitatis partibus ea
dẽ res eſſe exiſtimaretur ſed in multis aliis reb ut in legio
ne & populo proxime dictũ fuit item & in naui ſi adeo
ſuper tecta eſſet & nulla tabula eadem permaneret quæ
non noua fuiſſet eandem tamen exiſtimari. Quod ſi quis
ſubiungit iuriſcõſultus putaret partibus cõmutatis aliã rẽ
fieri fore, vt eius rõne nos ipſi non idem eſſemus qui ab
hinc anno fuiſſemus propterea ꝙ ut philoſophi dicerent
ex quibus partibus minimis conſiſteremus hæ quotidie
ex noſtro corpore decederent alieq; extrinſecus in earũ
locum accederent quapropter cuius rei ſpecies eadem cõ
ſiſteret rem quoq; eandem exiſtimari.

Sciendum eſt igitur fuiſſe ſententiam Heracliti dicentis
oĩa eſſe in continuo motu fluxuq; & partes ſubſtantifi-
cas rõne caloris naturalis reſolui aliaſq; loco reſolutarũ
de nouo generari & ad totius idẽtitatẽ requirebat oium
partium identitatem & conſequenter concludebat nihil
perſiſtere id quod prius ſiue idem numero hanc poſitio-
nem Heracliti impugnat Ariſto. quarto metaph. tex. cõ
menti vigeſimiſecũdi, & vigeſimioctaui meminit etiam
illius opinionis incidenter primo Phyſicorum tex. cõmẽ
ti noni dicebat. n. Ariſto. ꝙ ad identitatem ſiue vnitatem
rei ſufficit identitas maioris partis vel principalioris vel
formalioris partis nec ad quarumcũque partium deflu-
xarum deperditionem & aliarum reintegrationem ſequi
tur identitatis mutatio. hoc eſt quod hic ſignificare voluit
iuriſcon. dum Philoſophos citat.

Ad cuius rei intelligentiam qõ eſt an id quod augetur
maneat idem ante, & poſt augmentationem diſputatur
a Philoſophis primo de generatione occaſione dictorum
ab Ariſto. ibidẽ tex. cõmenti trigeſimiquinti vſq; ad tex.
cõmen. cccix. & omiſsis multis q̃ ibidẽ cõſiderantur duo
tñ ponam quæ propoſito noſtro inſeruire videntur.

Primum eſt quod tripliciter poteſt intelligi aliquid ꝑ
manere idem numero ſubſtantialiter. primo quia nulla in
eo fit variatio nec in toto nec in parte ſubſtãt tali. l. nec in
materia ſi materiam habet nec in forma, & ſic Deus Ang.
aut cœlum eſt idem quod fuit tempore Noe. ſecundo di
citur aliquid idem, quia licet vna pars varietur altera tñ,
& principalis manet inuariata, & ſic quilibet hõ per totã
vitam ſuam dicitur idem, quia aĩa rõnalis manet inuaria-
ta. tertio dicitur idem illud cuius partes ſunt in continua
ſucceſsione in ſitu conſimili, & figura ſine interruptione
vel mutatione notabili in ordine ad totum, & ſic padus
eſt idem qui fuit temporibus Cæſaris ſic etiam eadem vi
nea idem populus & ciuitas hoc mõ dicerentur eſſe. aliter
enim dicendo ſequeretur poſitio Heracliti dicentis nõ cõ
tingere eundem equum fluuidum bis intrare quia partes
materiales fluuii fluxere quem latius refert declarat & ſe-
quitur Franciſ. petrarcha libro. iii. rerum memorandarũ
tract. ii. cap. quinquageſimo & tamen vere affirmamus
eundem fluuium bis & ter equum intrare quia remanet
idem fluuius quo ad ſimilẽ ſitum partium & figuram in
ordine ad totum quãuis partes ſint incontinua ſucceſsio
ne idemq; de populi identitate & Ciuitatis diceretur.

Secundum eſt quia augmentatio fit ſm partes formа
les & non materiales ex Ariſt. ſecundo de genera. tex. cõ
menti trigeſimiquinti, & quia partes formales eædem re
manent añ & poſt augmentationem pro cuius dicti eui-
dentia omiſſa varietate doctorum ibidem dico ſm ſan-
ctum Thomã prima parte qõne vltima quæ eſt centeſi-
madecimanona articulo primo ad ſcđm argmẽtũ ꝙ hæc
diſtinctio Philoſophi ſm partes materiales & formales
carnis aut oſsis vel nerui nõ eſt ſm diuerſas carnes ſed eſt
eiuſdem carnis ſm diuerſas conſiderationes ſi conſidere-
tur caro ſm ſpeciem ſeu formam ideſt ſm id quod eſt for
male in ipſa ſit ſemper manet quia manet natura carnis,
& diſpoſitio naturalis ipſius, dicimus enim idem eſſe bra
chium ſortis per totum vitæ ſuæ tempus ſed ſi conſidere
tur caro. ſiue brachium ſecundum naturam ſic non ma-
net ſed paulatim conſumitur, & reſtauratur vnde demõ-
ſtrato brachio ſortis in iuuentute dicimus id permanſurũ
permanſiſſeq; per totam vitam ſortis quia pes ſortis eſt
terminus formalis: quia ſignificat indifferenter aggregatũ
ex hac materia quę nunc eſt vel ex ea. quæ illi quæ ſucce
det, & forma manente ſimili diſpoſitione naturali mem-
bri figura, & ſitu vnde quandiu ſortes erit dicemus, et cõ
cludemus ſortem brachium vel pedem habere quamuis
ſecundum partem materialem eius fuerit conſumptum,
& reſtauratum pluries. Hoc applicari poteſt vineæ agro
fluuio populo legioni naui, & ſimilibus non eſt ergo mi-
rum ſi ſingulorum iudicum mutatio aliud iudicium vt
iuriſconſul præallega. inquit nõ facit præmanente maio-
ri vel principaliori parte maxime, quia iudicium vnum
dicitur reſpectu obiecti, & rei iudicate ſicuti idem dicitur
exercitus communitatis partibus habito reſpectu ad Du
cem. Sed ut cum Plauto loquar. ſatis eſt Philoſophatum
nimis diu, & longum de his loquor ex prædictis ut puto
melius quam vnquam feceris intelliges illam pulchram.
cap. proponebatur. Per quam nonnullas no. quæſtiones
determinant doctores quas ne faſtidio ſim, videre pote-
ris per Barto. in lege ab exequutore columna tertia. ff. de
appella. dum ait iudicem poſſe declarare ſententiam ſui
prædeceſſoris, & pariter taxare expenſas quarum taxa a
prædeceſſore ſuo fuit reſeruare ex quo dicitur idem tri-
bunal dicta lege proponebat, & per Albericum de
roſa. Alex. Iaſ. & alios in lege ſe grege. ff. de legatis primo
& in. §. ſacra, lege inter ſtipulantem. ff. de verborum obli
gation. Paulus de caſtro in conſilio ſeptuageſimoquar-
to inci. quia fruſtra columna ſeptima in antiquis. Corn. in
conſilio vigeſimoſecundo columna quarta in prin-

elpio volu.i. Fel.in cap.conſuluit de iud.In cap.eam te co. x.de reſcrip.& in cap.cum ſit generale col vi.vbi limitat de foro competenti,Balb.in trac.præſcri fol.vigeſimoſecundo in decimaſeptima quæſtione Mode.aſten.in tract. de augmento in prima col quartæ concluſionis principalis.& in libello de refectione in quinta concluſione, gloſa in cap.ſi ſententia de ſenten.excom.in.vi quæ dicit per.d. l.proponebatur ꝙ interdicto populo & non relaxato interdicto populus ibi exiſtens poſt centum annos dicitur idem populus & erit interdictus.

Nonageſimoſexto quæro * Si inter emptorem, & vē
258 ditorem eiuſdem fori actum & conuentū fuerit de retrouenditione facienda intra annum pro pretio a iure cōmuni ſtatuto: lege autem municipali ſeu conſuetudine cauebatur ꝙ emptor intra annum venditori pro eodem pretio rem retrouendere teneatur vtrum pro eodem pretio an pro cōmuni æſtimatione quæ erat tempore conuentionis emptor retrouenditionem facere tenebitur. videt dicendum pro eodem pretio quia ſm ſtatuta, & conſuetudines locorū procedi & iudicari iura mandant capi.iii. de eo qui mit. in poſſeſ cap.in illa duodecima diſtinctione & lege an in totum.C.de ædifi.priua. & dicuntur ſtatuta iui ciuile in loco capitu. ius ciuile prima diſtinctione & lege omnes populi ff. de iuſti. & iure ergo quum lex municipalis ſeu conſuetudo diſponat pro eodem pretio fieri debere retrouenditionem videtur ꝙ ita fieri debeat: & ſatis pretio a iure cōmuni ſtatuto fieri ex quo ius commune mandat ſeruari ſtatuta & conſuetudines locorum arg.opthnum in lege ſi ita ſcripſero.ff de cond.& demōſ. ſm Abba. in rub. de conſuetu.ad fin.* & maxime quia
259 lex municipalis ſeu conſuetudo poſſunt dici ius commune in loco,deciſio Bal.eſt not.in lege ii ad finem C.de bonis quæ liberis & Alexan.in lege gallus in. §.quidam recte in finalibus verbis.ff.de lib. & poſthu. ſequitur Iaſ. in lege præſcriptione col.v.ſupra ſi contra ius vel vtilitatem publicam & Abba.in præalleg.rubri.de conſutudine & late iaſon in conſi.cxlix.libro ſecundo.

Sed ꝙ retrouenditio fieri debet pro iuſto & communi pretio ut ius cōmune diſponit ſecundum ea quæ poſita ſunt.ſ.in nona queſtione, verbū enim hoc ius cōmune quod ad differentiam iuris particularis dicitur, verificari non poteſt niſi in iure cōmuni Romanorum.§. ſed quotiens inſtituta.de iure naturali gentium & ciuili, & iſta eſt cōmunis ſcribentium concluſio ꝙ appellatione iuris cōmunis non venit ſtatutum ſeu conſuetudo localis, vt per Alex.in lege poſt dotem col.antepe. in fine, vbi Aquēſ. col.penulti. Paulus de caſtro in lege. ii. C. de bonis quæ liberi. Socinus in conſi.decimoquarto libro quarto.Curti in tracta.de conſu.ſuper rubr.in vltima columna Deci. in capitulo licet cauſam in ſecundo notabili de probat. & latius in conſilio. dclxxxv. & pro hoc facit deciſio Baldi in dicta lege ſecunda ad oppo. allegata ſi bene intelligatur, vult enim ꝙ in caſu illo vbi agitur de reſtitutione dotis ſecundum formam iuris communis ex pacto appellatione iuris veniat communis conſuetudo quia interpretatur ius cōmune quod eſt dubium, & propterea vnum & idem videtur.ſecus ergo eſſe vult in aliis terminis.Nec obſtat ꝙ ius ſtatutarium poſsit dici ius cōmune non ſimpliciter & abſolute ſed reſpectiue & ſecundum quid inter partes.ſ.ut in loco illo: & verba debent intelligi ſimpliciter & non ſecundum quid per prius, & non per poſterius.l.hoc legatum.ff.de legatis tertio. lege qui liberis in §.hæc uerba cum not.ff de vulgari & pupillari. ad argu. Abba.in rub.de conſue.ſ.alleg.reſpon. Deci. in conſilio dclxxxv.ad finem & conſequenter per illa verba a iure cōmuni ſtatuto cenſentur partes conueniſſe fieri retrouēditionem pro iuſto, & communi pretio quemadmodū ius commune diſponit.

Nonageſimoſeptimo quæro * ſi fuerit facta promiſ
260 ſio de retrouendendo fundum intra annos decem quanti tunc valebat fundus ipſe. an volens redimere in fine decēnii petere poſsit ut eligantur æſtimatores qui habeant æſtimationē ipſam facere & iudici referre. probari.n.pōt æſtimatio p peritos aſſumptos per iudicē præſtito ad id ſacramento lege hac edictali.§.is illud. C. de ſecundis nuptiis & in.§.ꝙ autem in auctentica de non alienan.col.ii. & fuit practica Barto. in lege ſecunda. C. de reſcindenda venditione ſed quum probanda ſit æſtimatio quæ erat tempore venditionis iuxta quā fieri debet,retrouenditio non videtur per ęſtimatores fieri poſſe per deciſionem Bald.in dicta lege ſecunda col. antepenultima vbi voluit æſtimatores poſſe tantum deputari & eligi vbi agitur de facienda ęſtimatione præſentis temporis: ſecus ſi præteriti quia quod oculus non videt æſtimare non poteſt arg. legis tertiæ.ſ.de alluuion.& paulu.ſequitur Ang.ibidem & in lege pretia rerum.ff.ad legem falcidiam vbi ea propter dicit practicam Bart.non eſſe bonam quo ad actorē intentantē remedium dictæ legis ſecundæ, quia debet ꝓbare ꝙ res valebat vltra dimidiam iuſti pretii tempore contractus lege ſi voluntate.C.de reſcindenda venditione.æſtimatores autem ad hoc electi de preſenti iſtud videre non poſſunt ergo eorū relatio non concludit lege matrē C.de proba.lege eum actum.ff.de negotiis geſtis ſed Herculanus peruſinus in.d.l pretia rerum col. octaua reprobat quia ſi eſtimatores habent notitiam rei de tempore celebrati contractus nihil obſtat inquit, quin de ea poſſint deponere & facere æſtimationem habita rōne ad tēpus contractus & fuit conſideratio Imo.in dicta lege pretia rerum ad finem quem ibi in.ii.col refert Alexan dum dicit. Imol. ſaluare practicam Barto quādo æſtimatores ſunt antiqui & periti adeo ꝙ poſſunt habere notitiam de pretio & æſtimatione rei ſecundum tempus celebrati cōtractus.ſaluat etiam ipſe Alex. alibi vt ibi per eum & ſic in quæſtione propoſita ſi electi habent notitiam, & ſcientiam valoris & ęſtimationis cōmunis rei ſecundum tempus contractus celebrati & promiſsionis factæ de retrouendendo poterunt ipſam æſtimationem facere ſecundū quam retrouenditio fieri debebit.

Nonageſimooctauo quæritur. * Promiſi retrouendere 261
fundum eo exiſtēte vacuo intra annos decem recullectis meſſibus quum ſupereſſent poma vel uue ut retrouendā petis an tenear. quidam dicebant ꝙ ſic quia tales fructus non naſcuntur ex terra iuxta glo. inſti.de iure naturali in §.primo ſuper verbo quæ in Cœlo & tradit Iaſon in lege diuortio in.§.ꝙ in anno columna ſecunda ſoluto matrimonio dicens tales fructus non naſci directo ex terra ſed per obliquum.

Contraria tamē pars videtur verior quia etſi tales fructus directo ex terra non naſcantur ſunt tamē pars fundi de pomis eſt textus in lege qui fundum vendidit pomū excepit.ff.de verborum ſignifica. de vuis eſt textus in lege finali in.§.fructus autē.ff.de his quæ in frau cred.ideo dictis fructibus pendentibus fundus non dicitur vacuus item & ſm cōmunem vſum loquendi fundus vacuus dicitur quando nulli fructus ſunt intus & quælibet diſpoſitio intelligitur ſm communem vſum loquendi: vt late per Felinum in procem.decre. ergo obligatio retrouendendi me tantum aſtringet quando nullus in eo pendet fructus et maxime prædicta procederent quando in illis fructibus magna pars redditus conſiſteret ex voluntate partium per iura vulg.

Nonageſimanona dubitatio * vaſallus cum conſenſu 262
domini fundum feudalem vendidit cum pacto de redimendo pro ſe & hæredibus ſuis quoties & qñcunq; voluerint, deceſsit relicto filio clerico hærede qui fundū redimere vellet an poſsit depēdet a ueritate illius ambigui articuli in quo antiqui & moderni ſe torſerunt: an clericus ſuccedat in feudo & ſic admittatur ad feudū præpoſitū de q̄ Mod.non faciunt mentionē in titu.qui feu.dare poſ. &c. §. & quia latiſsime ad partes diſputat quæſtionem & Iac.

& Iaco. de S. Georgio in feu. inueſti in verbo & quibuſ-
cunq; hæredibus tenẽs, ꝙ ſic licet ſit in ſacris conſtitutus
referens ſic conſuluiſſe & obtinuiſſe: ſed eo tacito oppoſi
tum firmauit Cur. iunior. in tract. ſeud. in. x. qõne tertiæ
partis principalis vbi ad iura & rationes Iacobini reſpõ.
& eſt opinio verior & magis cõmunis ꝙ clericus in ſacris
conſtitutus non ſit ad feudum habilis vt ibi per eum et ꝑ
Cur. ſeniorem in conſ. lxii. cum ſequenti vbi de canonico
regulari loquitur Iaſ. in conſi. cxiii. volu. i. Afflictus in de-
ciſio regni. cccxx. & . cccxxiiii. Pariſi. in rep c. in præſentia
fol. xviii. nu. cxciii. de probat. & hanc partem ſequitur ẽt
Zaſius in trac ſuo feud. in. v. parte circa finem licet nõ au
deat firmare: ſed eſt cõmunis & firmanda vt prędixi, un
de quum talis clericus ad feud ſit inhabilis non eſt creden
dum contrahentes de eo ſenſiſſe. & poterit tanquam in-
habilis repelli nouem tñ limita. ponit Gurt. loco prealle.
de quibus & aliis pleriſq;. vide etiam Iaſon. in conſi. cxvii
libro quarto & Brunum conſilio xvi.

Et ex quo limitant præfati ſcriben. concluſionem non
procedere volente dño feudi ſaluari põt opinio Iacobi a
quibuſdam ut retuli reprobata. fuit. n. in caſu ſuo admiſ
ſus clericus & a dño inueſtitus: ſi igitur talis clericus redi-
mere volens haberet cõſenſum dñi repelli tũc nõ poſſet.

Sed pone ꝙ clericus de quo ſupra laicum hæredem re
linquat vtrum iſte laicus poſſet dictum feudũ redimere?
videtur ꝙ ſic: quia hæredis teſtatoris dicitur heres lege ſi.
cum ibi not. C. de hær. inſtit. ergo tanquam hæres vendi-
toris & ad feudum habilis illud redimere poterit ad opp.
facit regula. l. nemo plus iuris de regulis iuris.

Centeſimo an pactum de retrouendendo operetur ne
iure prothomiſeos. i. congrui vtatur vicinus. * Neapo. in
263 prima conſuetudine de iure congrui in verbo emit deter
minat ꝙ nõ, ſequitur Math. de aflli. in dec. regni. 338. &
voluit Paulus de caſt. in conſi. cccxxviii. in cauſa in anti-
quis vbi dicit tale ius fuiſſe inductum eo quia congruen-
tius eſt agnatum vel vicinium pro eodẽ pretio rem po-
tius habere ſi voluerit, q̃ extraneum de qua materia iu-
ris congrui vide ipſum Mathe. de afflic. in tract. de iure ꝓ
thomiſeos Dec in conſi. ccxxii. cccxxi. cccccl vi. 586. dcix.
Caſſeneum vltramontanum in conſilio. xxiii. xxv. xli.
Brunum in coſilio. lxvii. & . lxxx. & in tract de conſtitu.
decre. ſtatu. et conſue. in verbo rechatare Afflictum in de
ciſione regni. ccxxiii. vbi ponit de vicinio ratione orti
vel curtis an poſsit vti iure congrui & in prealle. tract. in
§. ſcriptum eſt in quarto notabi. vbi ponit ꝙ auditur vo
lens vti iure congrui in domo exiſtente Neapoli omiſsis
aliis rebus alibi exiſtentibus, licet ſimul emptis & tradit
ibidem Bald. col. fin.

Centeſimoprimo allegabat Iaffredus bridati rippolla-
rũ burgenſis contra quoſdam de Zaromeris ad retrouen
264 ditionem vnius petiæ prati * offerens, & conuentis recu-
ſantibus recipere deponens floren. ccl. Sabaudiæ pro re-
trouenditione petita & ex forma inſtrumenti & pacti de
retrouendẽdo facienda id actum fuerat fieri debere prĩci
pio menſis Decembris & Ianuarii duntaxat conuenti rẽ
pro illa ſumma retrouendere tenebãtur nunc quum lapſi
ſint duo prædicti menſes ad retrouẽ. ſe minime cogi poſ-
ſe & a principio in ciuile fuiſſe agentis deſiderium ex q̃
oblatio & depoſitio pecuniæ non fuit integra & ſufficiẽs
nec potuiſſe poſtmodum eo tempore ſero ſuppleri ideo
agentem eſſe repellendum & vt temere vexantem in iu-
dicio conuentos in expenſis condẽnandum iuxta lege eũ
quem temere. ff. de iudi. cum not. per Alexan. in lege pro
perandum in. §. ſin autem alterutra col. iii. ĩ. de iudi. Fel.
in cap. examinata col. iii. de iud. Dec. in cap. interpoſita in
§. ille deniq; col. prima de appellat. & in capit. reprehenſi
bilis col. penultima & fina. eo. tit. Mathe. de afflic. in deci-
ſione regni. lxx. Bar. & doct. in lege edita circa finem. C.
de eden. videns actor aleam male iactam fuiſſe deduxit
quemadmodum pars conuenta eidem efficaciter promi-
ſerat quoties & quandocunque etiam præteritis dictis
menſibus decembris & ianuarii rem, de qua contendeba
tur retrouendere, poſtulans ſe ad id probandum per oẽ
genus probationis admitti. de opportuniſque remediis
prouideri & inde partem iuxta requiſita condẽnari, ad-
miſsis articulis, & facta aſsignatione ad probandum per
omne genus probationis intra menſem agẽs plures fecit
examinari teſtes, et nihil probauit: ideo coram eodem or
dinario ad expeditiſsimum dirimendarum litium reme-
dium ſe contulit, offerendo parti conuentæ iuramentum
ſuper ſacris literis ſicuti ipſi agenti promiſerat predictam
rem retrouendere quoties & q̃ñcunq; etiam præteritis di
ctis menſibus decembris & ianuarii pro pretio de quo in
inſtrumento pacti prædicti de retrouendedo & in caſum
recuſationis iuramentum ſibi referri petebat. * Ordina- 265
rie iuſdicens decreuit ordinauit & pronunciauit iurandũ
non eſſe, neque iuramentum referendum attento maxi-
me ꝙ in cauſa erant teſtes publicati a qua pronũciatione
& interlocutoria appellatum fuit ad Mag. conſilium ciſ-
montanum & diu diſceptatum an bene vel male pronũ
ciatum ordinatum, & appellatum fuerit. dicebant zaro-
meorum aduocati bene ordinatum & male appellatum
ſicque per Senatum ducalem pronunciari debere * Pri- 266
mo quia iuramentum probationis eſt ſpẽs lege ſi quis iuſ
iurandum. C. de rebus credit. ibi & quum deſperauit a-
liam probationem tunc ad religionem conuolare, & in
lege tutor. ff. de iureiurando & in capi. ii. de probationib⁹
vbi Areti. not. ſed publicatis atteſtationibus ſuper eiſdem
aut directo contrariis articulis probationes non admittũ
tur. §. quoniam vero in aucten. de teſtibus clementina ſe-
cunda eodem titu ergo iuramentum quod eſt ſpẽs pro-
bationis iuſtæ repulſum fuit publicatis atteſtationibus
ideo Curtius ſenior poſt Ang. & alios ibi relatos in tract.
poſit. in. xvii. breuiloquio concludit ꝙ poſtquam pars
probauit intentionem ſuam non poteſt cogi ad iurandũ
ſequuntur & Mod. taur. loco. ĩ. alleg.

Secundo facit deciſio Sali in terminis * in dicta. l. iuſiu- 267
randum in fine ꝙ oblatio talis iuramenti eo tempore ad
mitti non debebat: vt enim dicitur in lege ſi mulier in fi-
ne. ff. q. metus cauſa via quam elegiſti a principio tibi pa
teat maxime in propoſito noſtro: quia nihil pœnitus in
materia deducta probatum fuerat q̃ caſu non habet lo-
cum diſpõ legis manifeſtæ turpi de iureiurãdo vt ꝑ Pau.
de caſt. in lege fina ĩ. de fideicom. & marſil. in lege de mi-
nore in. §. tormenta col. ii. ff. de qõ.

Tertio quia * lapſum erat tẽpus præfixum in aſsigna- 268
tione ad probã. per omne genus probationis quo exclu-
ditur quis non ſolum a probando verum etiam a ponen
do & ab oblatione iuramenti per tex. not. cum not. ibi ꝑ
Bart. in lege in contractibus in. §. illo ſupra de non num.
pe. et quũ iuramẽtum vim probationis obtineat, prædu
ſa omni via probãdi erit etiam præcluſa via iurandi ſm
Ang in le nõ erit. ĩ. alleg. in principio per illũ tex. & Iaſ.
in dicta lege manifeſtæ col. iiii. Cur. ſenior. in loco præal-
legato, Decius in cap. licet cauſam col. nona & ſequenti
de probatio. & Iaſo. in repetitione legis admonendi ſolio
penulti. col. ſecunda & tertia verſic. nunquid autem poſt
terminum. ff. de iureiurando vbi atteſtatur iſtam eſſe cõ-
munem opinionem ꝙ facta prædicta aſsignatione exclu
datur quis ab omni modo probandi & conſequenter
etiam a ponendo & a facultate offerendi iuramentum
prout ſæpe iudicatum fuit.

Nos partes actoris defendimus hanc opinionẽ in caſu
propoſito vti veriorem amplectentes, ſicq; male ordina
tum & bene appellatum pronunciari debere, cum victo
ria expenſarum. affirmantes primo per regulam dictæ le
gis manifeſtæ cui inhærendum eſt, ut faciunt Bonon. car
rotio glo. in lege oĩs diffinitio. ff. de regu. iur. ſecũdo quia
plus & aliud continetur in oblatione iuramenti, q̃ in pre
dictis capitulis, & articulis in quibus continebatur ꝙ

pars retrouendere promiſerat et præteritis dictis menſib'
decembrio et ianuario, q vt in nona quæſtione diximus
pro iuſto pretio intelligitur: in oblatione vero iuramenti
cõtinetur q pro pretio de q̃ in iſtrumento pacti de retro
uendendo facta fuerat promiſsio de retrouendendo etiã
præteritis dictis menſibus decembris & ianuarii, quũ igi
tur eſſet alia materia ſuper qua non erant receptæ nec fa-
ctæ probationes & offerebatur iuſiurandum quare cõ-
tra regulas cõmunes reiectum & repulſum fuit.
Non obſtant allegata in contrarium. nam ad primum
reſpon. q procedit vbi ſuper eadem materia vel contra-
ria per teſtes vellet quis alias inducere probationes pro-
pter timorem ſubornationis, prohibetur iuribus præall.
ſecus vero ſi alio modo ita q ceſſat ſubornationis timor
prout in caſu noſtro, vt per Iaſo. in repetitione. l. admonẽ
di loco præallegato.
Secundo non obſtat * deciſio Sal. in dicta lege ſi quis
269 iuſiurandũ quia a vero eſt aliena, ideo reprobata, vt per
Moder. taurin. in dicta lege manifeſte col. penul. & fin. &
vere eſt contra tex. illius legis ſi quis iuſiurandum fundã
tis ſe in renũciatione & varietate reuocãtis & indeq; iterũ
volentis offerre iuramentum, quam quidem variationẽ
iniquitatẽ appellat: ſecus ergo ſi ceſſet variatio illa ut quã
do nulla reuocatio ipſius iuramenti prius interuenit vt in
caſu noſtro & ita contra deciſionem Sali. vidi iudicatum
per Senatum ducalem & bene. probationum enim mate
ria potius amplianda eſt q̃ anguſtanda lege qm̃. C. de
hæret tradit Dec. in capit. licet cauſam co. x. verſi. opinio
tamen Aret. de proba.
Nec refragatur q per depoſitiones teſtium publicato
rum de hoc nihil fuerat probatum: quia verius eſt etiam
270 ſi nihil probatũ fuerit * præcedente regula dictæ legis ma
nifeſtæ vt ibi per Iaſ. & omnes Moder. ſtringere ſm fun-
damentum ſupra factum quod eſt irrefragabile ad tertiũ
motiuum. reſpondebam negando lapſum termini aſsi-
gnationis prædictæ ad probandum & probatum habẽ
per omne genus probationis ex actis poſſe liquere dice-
bam. præterea alteram opinionem eſſe veriorem iuramẽ
271 tum quod non eſt proprie probatio * ſed releuatio ab
onere probandi non intelligi excluſum vt poſt Roman.
& Aret. firmat Dec. loco præalle. ſed quia vt dixi cõmu-
nis doct. ſentẽtia repugnare videtur præcedens reſpõ. ma
gis placet ceſſantq; oia prædicta in qõne noſtra per ſm
fundamentum ſupra factum q oblatio iuramenti plus
continebat q̃ capitula ſuper quibus erant admiſſæ & re-
ceptæ probationes. & erat materia pertinens & releuato
ria ut ſupra deduxi ideo &c. & ad replicationem aduo-
cationis contrariç q de eodem pretio cõſtaret & contine
retur in inſtrumento ſupra relato: ideo iuramentum non
fuiſſe admittendum capi. ſecundo cum ibi dictis per Ca-
noni. de probat. reſpõ. a veritate id alienum eſſe. in inſtru
mento. n. continebatur retrouenditionẽ fieri debere pro
eodem pretio Decembris. ianuarii & in oblatione iura-
mẽti plus dicebatur q fieri deberet etiam poſt dictos mẽ
ſes & pro eodem pretio vt fieri debebat tẽpore prędicto
& ita re bene diſcuſſa & oĩbus ſolutis liquet actoris deſi-
derium iuris & æquitatis rationibus cõuenire ſicq; poſt-
modum iudicatum fuit.
Et per textũ dictæ legis ſi quis iuſiurandum dicit Bar.
in lege non erit in. § ſi neq;. ff. de iureiurando q iuramen
tum reuocari poteſt etiam poſt acceptationem per partẽ
factam quando reuocans ſibi ſuperueniſſe probationes
allegat & ibi etiam late per Alexan. Iaſ. & alios & Socin.
conſilio. xc. col. penultima in quarto volu. imo ſm Imol.
in lege fin. ff. de prætor. ſtipu. & Alexan. in dicto. §. ſi neq;
ad finem cõmenti licet reuocans oblationem iuramenti
non dicat ſibi ſuperueniſſe probationes dummodo di-
cat velle probare eius intentionem aliter q̃ per iuramen
tum ſatis eſt. & hoc videtur mihi dicere text. in dicta lege
ſiquis iuſiurandum in verſic. ſi quis autem ibi licere qui-
dem ei hoc facere & alias probationes ſi voluerit præſta
re non dicit nec ſe fundat in ſuperuenientia probationum
de nouo allegata per reuocantem: ſed in ſimplici reuoca-
tione cum oblatione probationum pro iuſtificatione ſuæ
intentionis & prædicta procedunt etiam ſi per ſtatutum
cogeretur quis iurare vel referre ut in ditione Sabaudiæ
ex forma ducalis decreti in ſecundo lib. ſub rub quæ cãç
qualiterq; & qñ debeant decidi per delationem iuramen
ti ĩmo in toto orbe lege manifeſtæ turpitudinis ſm com
munem ſenſum ſupra relatum ante preſtitum iuramentũ
poterit fieri reuocatio per dicentẽ velle aliter probare per
ſupradicta. in iſta enim delatione iudiciali de qua in dicta
lege ſi quis iuſiurandum non interuenit niſi voluntas de
ferentis & conſequenter aduerſario nullum ius quæſitũ
eſt niſi facultas iurandi re integra igitur nimirum ſi de la
tio reuocari poteſt quia vt etiam declarat Soci loco præ
alleg talis delatio fit ſolo fauore deferentis ideo illi põt re
nunciare lege poſtq̃ liti. C. de pactis nec debet in eius o-
dium retorqueri quod ipſius fauore eſt inductũ lege qđ
fauore C. de. ll. ſed ſi non poſſet reuocare & aliter vellet
pbare induceret illud in eius odiũ qđ fieri nõ debet iõ.
Cẽteſimoſecundo quæro * An tutor ſolutionis & re 272
chati terminum prorogare poſsit, diximus ſupra in qõn.
ſexageſimaprima non poteſt remittere pactum de redi-
mendo fundum minori quæſitum: aliud eſt quod nunc
q̃rimus an tutor alteri habenti ius rechatãdi a minore poſ
ſit prorogare terminũ prima fronte videretur q non: qa
ſicuti tutor nõ poteſt debitum liquidum pupilli. remitte
re ita nec terminum ſoluendi prorogare ita Bal. in leg pa
ctum curatoris in principio et ibi Sali. in fine. C. de pactis
per tex. in le. qui Romæ in. §. calimacus. ff. de verbo. obl.
Sed oppoſitum uidetur eſſe verius quia habentes mã
datum generale cum libera, vt ſunt tutores & curatores
lege mandato generali cũ glo. ff. de procuratoribus & le
ge preſes cũ ibi notatis. õ. de tranſactionibus poſſunt pro
rogare terminum ſolutionis vt per Barto. in. d. § calima-
cus quem Pau. de caſt. Soci. Iaſ. & alii cõmuniter ſequun
tur nã ſimile mandatum ęquipollet mandato ſpeciali, vt
per Barto. in. d. l. mandato & Decius in conſilio. dcxc. fa-
cit tex. in lege fina. C. de appo. pub. cũ no. p Barto ubi of
ficialis ad recipiendũ pecunias fiſci deputatus ad fiſci præ-
iudicium põt recipere particularem ſolutionem quæ pa-
rit multa incõmoda & propterea regulariter nõ admitti-
tur lege tutor. §. lutius. ff. de vſu & ſic poteſt facere aliquã
gratiam in modo ſoluendi: ergo videtur q poſsit proro-
gare terminum quã concluſionem valde probabilẽ cre-
dit Areti. in. d. §. calimacus col. iii. faciunt quæ ſcripſi ſu-
pra in qõne trigeſimaquarta cum ſequenti q princeps et
ſi nõ poſsit remittere aut tollere pactum de retrouenden
do poteſt tamen terminum ſolutionis & rechati proro-
gare. Non obſtat tex. allegatus per Bald. & Salice in. d. §.
calimacus: quia procedit in ſimplici nuncio ad ſolutionẽ
recipiendum deſtinato, nõ autem in habente generale cũ
libra quemadmodum in terminis qõnis noſtræ ut ibidẽ
per doc. præallegatos.
CIII quæro * titius promiſit fundũ emptũ intra bien 273
nium retrouendere viget cõſuetudo q. proximior rẽ vẽ-
ditam intra annũ poſsit pro eodẽ pretio quo vendita fuit
habere & retractare. An huiuſcemodi pactũ excuſet pxi
miorẽ a lapſu anni, de quo in cõſuetudine alle. Gui. papæ
in. q. cclvii determinat q. nõ, motus eo quia applo nedũ
tendit ad ſuſpenſionẽ ſniæ: ſed et ad reſciſsionẽ. l. furti §. i.
ff. de infam. l. tale pactũ in. §. qui procurauit. ff. de pactis.
ſed a ſnia diffinitiua ſub conditione prolata ſtatim appel-
lari debet, intra biduum de iure digeſtorũ a tempore ſen
tentiæ, & nõ expectari euentus conditionis. alias ſenten-
tia tranſiret in rem iudicatam, nec inde appellatio tenet te
xtus eſt in. l. ii. in. §. biduum. ff. quando appellã. ſit idẽ di-
cendũ ait in caſu iſto quũ talis cõſuetudo ſit reſciſſoria cõ
tractus, q annus ſtatim curata tpe contractus perfectio-
ne

ne ſuſpendatur, ꝑpter pactum directũ: quia ſi in actu cõ-
ditionali tempus ſtatim currit, ut in.d.§. biduum fortius
debet ſtatim currere in actu pure celebrato, argu. aucten.
multo magis. C. de epiſc. & clericis. etiam quia agnatus
proximior nullam fecit diligentiam intra annum, prout
facere debuerat ſtatim proteſtando de iure cõſuetudinis
l. ſi fundum. C. de rei uendic.
274 Ad oppoſitum facit * quia non valenti agnoſcere, &
petere bo. poſſ. non currit tempus ad eam petendum, &
agnoſcen. præfixum. l. ii. & l. quandiu. C qui admitti, &
generale eſt ꝙ non valenti agere ſeu actum explicare nõ
currit tempus ipſo iure aut in effectu. l. i. in. fi. C. de anna.
excep. l ii. §. ſed ſi agant. ff. de iud. l. contra maiores. ff. de
inoffi. teſta. l. ſenatus. ff de offi. præſi. l. & attilicinius ff. de
ſer. ruſt. prædi. l ſed & ſi prætorẽ. ff. ex quibus cau. ma. c.
cum non liceat de præſcript. cum aliis de quibus per glo.
in dicta. l i. in. fi. per Fel. in. c. cum inter col. antepe. vbi dec.
vii. de excep. Roma. in conſi. ix. Pau. de. caſt. in conſi. 288.
in ſecundo dubio in antiquis, Iaſ. in conſi. vii. col penulti.
libro tertio, Dec. conſi. cccclxviii col. prima, & fi. ſed iſte
proximior agnatus non poteſt ante lapſum biẽnii effe-
ctualiter experiri compellendo emptorem ad retrouendẽ
dum ex quo per. l. in contractu dictam tenetur ipſi ven-
ditori intra biẽnium rem retrouendere eundemq; uſque
ad finem dicti temporis expectare ergo nõ debet ſtatim
tempus ſibi currere & ita tenere videtur Iaco. de ra. in d. l.
contra maiores prout etiam retuli Guido papæ loco præ
allegato & ad tex. §. biduum videtur poſſe reſponderi ni
hil ibi repugnare aut refragari quin lata ſententia licet ſub
conditione poſsit ſtatim appellari prout refragaretur in
caſu noſtro pactum de retrouendẽ. deſiderio volentis rẽ
tali onere affectam intra dictum tempus habere, & facere
ꝙ emptor inde non poſſet ſm eius promiſsionem rẽ re-
ſtituere, & primo venditori retrouendere. Præterea Bar.
in. d. § biduum circa. fi. dicit illud eſſe ibi ſpãle propter au
ctoritatem rei iudicatæ ut ibi ſentit iuriſconſultus alias ſe
cus per tex. l. pen. in. §. primo. ff. de excu. tuto. vbi tutori
ſub conditione dato currit excuſationis tempus nõ a die
creationis: ſed a die exiſtentis conditionis. ſecus tamen. j.
275 concludam *, & ſimiliter ſtante decreto prout eſt medio
lani ꝙ forenſis acquirens rem a mediolanenſi teneatur il-
lam intra annũ retrouendere alicui ſubdito onera realia,
& perſonalia ibidem ſuſtinenti ſub pœna amiſsionis rei,
ducali cameræ ipſo iure applicandæ emerat quis domũ
in ciuitate mediolani ſitam cum pacto de retrouendẽ. in-
tra triẽnium dubitatum fuit, an iſte emptor forenſis tene
retur iuxta formam ducalis decreti domum illam retro-
uendere alicui de ducatu mediolani ſuſtinenti ibidem o-
nera intra annum, alias incurreret pœnam priuationis rei
videtur ꝙ annus ad retrouendendum præfixus debeat
ſolummodo currere poſt triẽnium finitum quũ ante res
non ſit in libera diſpoſitionem emptoris, & alteri ſit obli
gatus retrouendere facit glo. not. & approbata. l. manci-
pia in uerbo aduocandum. j. de ſer. fugi. cum dictis circa
illa m per Feli. in cap. ſedes col. ix. de reſcrip. & in. c. nõnul
li in princ. char. vlti. de reſcript. etiam Deci. in conſi. cci. &
dxl. facit etiam pro opinione prædicta vulgata regula le
gis nõ dubito. ff. de iure fiſc. * ſed pone emptorẽ ſine præ
276 finitione temporis quotiens, & quandocũq; puta vendi-
tori, & eius hæredibus placuerit retrouendere promiſiſ-
ſe. An hoc caſu annus ad redimendum aut retrouẽ præfi
xus in terminis ſupra relatis ſtatim currat, uel quando.
hæc quæſtio plus dubii habet. Quia ſi dicamus ob con-
uentionem de retrouẽ. tempus ſtatim nõ currere ad ma-
nũ erit, & paratum remedium fraudandi diſpoſitionem
conſuetudinis, & decreti præmentionati cui viæ occurrẽ
dum eſt. l in fundo cum vulg. ff. de rei vendic. l. fraus cũ
ibi not. ff. de legi. & euitandum abſurdum inde reſulta-
re poſsibile. l. nã abſurdũ. ff. de bo. lib. unde concludi poſ-
ſet. ꝙ annus. de q̃ ſupra incipiat ſtatim currere rõne abſur
ditatis, & fraudis euitande verũ tamen proximior in caſu
conſuetudinis, et emptor in caſu decreti ſuperius relati de
beant promittere, & cauere de retrouẽ. prout tenebatur
ipſe primus emptor ita ꝙ ſit ei cautum de indẽnitate, &
hoc modo conſuletur vtriq; parti iuxta not. in. l. i in fi. ff.
ſi quis ca. & per Dec. in conſi. dclxxvii. Idem poſſumus
concludere in caſu de q̃ ſupra in principio qõnis, & ſic
proximior, & acquirẽs in caſu decreti ſuperius relati ſuc
cedet in locum emptoris habebitq; illam cõmoditatem,
& ius quam, & quod habuit emptor, vt tradit math. de
afflic in tracta. de iure prothomiſeos in. §. licet. n. col. vii.
verſi. item quæro de alia qõne. & dicebat in effectu Gui
do papæ loco præalleg. & conſequenter tempus rechatã
di, et retrouendendi ſtatim currere incipiet poſt abſolutũ
primum contractum.
CIIII. quæritur. * An valeat pactum ꝙ ſi res nõ fue- 277
rit rechatata intra tempus datum ad redimendum poſsit
venditor, & ſui intra certum tempus, aut in perpetuum
cogi, & cõpelli ad redimendum, & rechatandum rem uẽ
ditam pro eodem pretio, & ad exburſandum ipſum pre
cium. Dic ꝙ ſic, & ita fieri, & obſeruari ſæpe vidi. contra-
ctus enim legem ex conuentione accipiunt. l. i. §. ſi conue-
niat. ff. depoſ. Imo cõtractus eo modo ad quãdam æqua
litatem magis reducitur prout eſſe debet lege litigatores.
§. pe. ff. de arbi cum not. per glo. & doct. in. §. i. inſtitu. de
auct. tut. vt ſicuti fuit in facultate venditoris cogere em-
ptorem ad retrouendendum ita ſit in facultate emptoris
cogere venditorem ad redimendum, & cõtra nolentem
redimere quum ſit per inſtrumentum obligatus ſi de ad
implemento in prõptu non edoceat in hac ditione ſabau
diæ uirtute ducalis decreti procedere ſummarie & execu
tione. & uidimus aliquando rem ſub rechato exiſtentem
iure pignoris captã, & longe minori pretio quã redimẽ-
da erat deliberatã quinimo videtur nũc facta eſſe vẽditio,
& pretiũ poſſe præciſe peti, vt per Ruinũ i nouis additio
nib9 ad. §. Cat. co. ix. nu. xii. vbi ſic medio. ꝯluluiſſe dicit.
CV. quæro * An curator datus bonis abſentis agere 278
poſsit contra emptorem, ut ſibi tanquã curatori bonorũ
abſentis rẽ retrouendat quando intra annũ vel biẽnium
puta retrouendere promiſerat, & credetẽ ꝙ ſic: quia talis
curator intentat actiones tẽpore perituras. l. creditori cũ
glo. ff. de bo. auc. iu. poſ. Barto. in. l. ii ff. de cura. bon. dan.
Ang. in. conſi nonageſimonono incipiẽ. datus fuit cura-
tor, & in conſi. ducenteſimodecimoſecũdo, quæritur an
curator, & cõſi. ſequẽti incipiẽ. mortuo debitore ſm anti
quam impreſsionem. Si intra preſcriptum tempus nõ ex
periretur actio periret, excluderetur q; inde abſens tẽpo-
re, cur igitur illam non intentabit. Remedia enim perpe
tua, ſeu quæ non ſunt tempore peritura non intentat talis
curator: quia eius poteſtas, & officium in cuſtodia bo-
norum conſiſtit, & ne diſsipantur, vt alium igitur conue
nire poſsit ſe non extendit, quia quum cauſa dandi cura-
torem ſit in diſsipatione, eius poteſtas eſt limitata ꝑ cau
ſam ſecundum Angelum in præallegato conſilio inci-
piente mortuo debitore colũ. ii. & iii. ubi poſt antiquos
hanc opinionem amplectitur. Propterea vidi ſemel per
Ducalem ſenatum Sabaudiæ celſitudinis, prolatam ſen-
tentiam contra. P. curatorem bonis abſentis datum, qui
intentauerat remedium canonis reintegranda contra ter-
tium ea rõne, & curator bonis datus poteſt intentare oẽs
actiones quas poſſet intẽtare abſens. l. i. & ii. ff. de curato.
bo. huiuſcemodi enim curator, ut dixi remedia nõ peritu
ra tempore, ut eſt remedium dicti canonis minime poteſt
intentare. Ideo pars fuit in poſſeſsione rei cõtentioſe ma-
nutenta, & proniũciatum requiſita curatoris fieri nõ de
bere, eodem in expẽſis cõdemnato. Omnia tamen præ-
dicta declaranda, & limitanda ſunt, vt per Alexã. in cõſi.
quarto, col. ii. & iii. lib. iii.
Cẽteſimoſextonotabi. quæro. ꝙ vidimus in calce ſex- 279
tę quæſtionis ꝙ partibus contendentibus vtrum con-

tract*illicitus ac pignoratitius fuerit ita, vt fructus cõputarẽtur in ſortem ſecularem competẽtem iudicem eſſe ponamus ꝙ pronunciauerit contractum non fuiſſe pignoratitium, ſed emptionis & venditionis. ideo fructus non eſſe in ſortem computandos. & in ditione ſabaudiæ puta cauſam per viam appellatio. ad Mag. conſilium citmontanũ ipſius Illuſtriſsimi Principis una cũ cauſa nullitatis deuolutam fuiſſe ibiq; diu litigatum tandem partem appellatã petiiſſe pronũciari appellationẽ deſertam lapſu fatalium iuxta cap. cum ſit Romana. de appella. & auctẽ. eiqui appellat. j. de tempo. appella. vbi dicitur ꝙ appellans annũ habet ad proſequendum cauſam appella. & ex cauſa biẽnium, quo tranſacto lite non completa rata manet. ſnia, a qua fuit appellatum. ex forma vero ducalis decreti. ſabaudię celſitudinis in ditione ſua appellans habet ſex mẽſes ad proſequendum appellationem, & ex cauſa annum ſicq; reſtringitur tempus a iure cõmuni ſtatutum Appellans qui volebat redimere, & petebat declarari fructus eẽ computandos in ſortem replicabat fuiſſe pariter deductã et intentatã cãm nullitatis, q̃ non patitur deſertionẽ ſm Firmianum in ſuo repertorio in verbo nullitas: ideo ſuper ea cuius vitio aſſerebat laborare ſententiam pronunciari etiam requirebat, quid iuris.

Sciendum ꝙ appellatio duobus modis deſeritur: tacite per lapſum fatalium, & expreſse per renunciationem appellationis, vt nota. in clementi. ſi appellationem in gl. tertia de apell ſermo noſter erit de prima ſpecie deſertionis ſuntq; contraria remedia appellationis, & nullitatis. differentia eſſentialiter, & in effectu vnde de vno ad aliud non infertur ſm Ang. quem refert, & ſequitur Dec. in. ca. cum ſit Romana. col. nona de appella. & Peruſinum in capit. dilecto. col. iiii. de appellati. vbi dicit poſt Spe. Imo. & alios ibi relatos, ꝙ nullitas habet aliam naturam de appellatione. iuri enim appellandi præſcribitur ſpacio decẽ dierum auct. hodie. C. de appella capitu. cum inter extra eodem titu. ſed ius dicendi de nullitate durat annis triginta. vt etiam. j. dicemus.

Item nullitas quandoq; incidenter deducitur aliquando principaliter, & dicitur incidenter deducta, & intentata quando non eſt facta mentio de ea ſed tacite incluſa eſt in appellatiõe iuxta legem carmelia pia. ff. de iure patro. & lege quædam mulier ff. fam. hær. tunc enim eſt acceſſoriũ ad appellationẽ, ut per Bal. in leg. i. C. de ſen. ex peric. recit. Alex. cõſi. 19. col. iii. lib. iiii. & pra. Pap. in forma lib. appel. a ſententia diffi. Peruſi. in dicto cap. dilecto quæſtione quinquageſimaſeptima.

Quando vero appellans dixit ſententiam nullam. & ſi qua erat appellabat dicitur deducta æque principaliter ex q̃ ſpecifice nominata fuit ſm Bar. in lege ſi expreſsim. ff. de appella. & quicquid dicant pleriq; iſta eſt vera, et cõmunis doct. ſententia, vt per Alex. in conſi ii. col. fi. lib. iii. Iaſ. in lege prima col. quarta. ff. de iuſti. & iure, Soc. conſilio decimo col. fina. libro quarto, Peruſi. in repe. dicti capituli dilecto. xxi. xliii. lviii. & bo. pra. Pap. loco præalleg. & Dec. in. dicto capitulo dilecto. col. fi. quod no. propter infra dicenda quando autem dixiſſet ſententiam nullam nulliusq; roboris, & momenti, & inquantum ſit aliqua eam eſſe iniuſtam, & iniquam extendendo, ut per pract. papien. loco præalleg res non haberet dubium: quia diceretur principaliter deducta prout etiam quando dixiſſet deducendo nullitatẽ æque principaliter, & de per ſe quãuis ſit utile ad remouendum omne dubium quando ſm formam prædictam eſt appellatum dicendo ſententiam nullam, & ſi qua erat appellabat. Poſtea in libello appellationis coram iudice ad quem animum declarare fuiſſe, ſcilicet deducere nullitatem principaliter, & iniquitatem quo caſu ſententia non reperiatur nulla, vt inſtruit Alex. in conſi. ſecundo col. fi. lib. tertio: ſed vbi eſt incidenter deducta, & intentata ac in appellatione, vt prædixi incluſa dicitur cumulata, & concreta cum appellatione, & hoc caſu expirat per lapſum fatalium: ne iudex appellationis poſsit de ea cognoſcere: quia ſublato principali tollitur acceſſorium uulg. iuribus. ita domini de rota in antiquis deciſione. cccIxi. Zabarelus in clem. ſi appellationẽ ad fin. de appel. Prac. Pap. loco præallegato, Peruſi. etiam ubi. ſ. & Guido papæ in qõne. ccccxxxvi. verſ. lxxxviii. & 92. & ita procedit opinio Inno. in capi. ſæpe. de appella. dicẽtis ꝙ eadem ſunt fatalia appellationis, & nullitatis ſimul intẽtatæ cum appella. & quod ideo decurſis fatalibus appellationis pariter perempta eſt inſtantia nullitatis quamuis in hoc differant: quia lapſus, & curſus fatalium in appellatione inducit deſertionem litis, & inſtantiæ: ſed quo ad nullitatem inducitur deſertio inſtantiæ: ſed non litis. Propterea dicunt præfati ſcribentes ꝙ ex quo iſto caſu perit inſtantia, & non ius nullitatis poterit iudex a quo de nouo adiri ſuper nullitate vſq; ad. xxx. annos: quia tãto tempore durat iuſdicendi ſententiam nullam, arg. l. ſicut ubi Ang. & alii. C. de preſc. xxx. annorum. vt etiam per Alex. in conſ. 77. col. tertia lib. iii. Peruſi. in. dicto cap. dilecto col. quarta, Dec. in conſi xxxix. col. fin. Balb. in tract. præſcriptionum. iiii. parte. iiii. partis principalis queſtione. xxxii. vbi limitat quando nullitas eſſet euidens, & notoria, quia tunc poſſet de ea perpetuo dici, & ꝙ notoria dicitur quando ex actis apparet prout etiam declarat peruſin. in. dic. c. dilecto. fol. vltim. etſi Bal. dicat ꝙ de hoc non meminit.

Limitat prædicta notabiliter Bald. hic in quinta col.
in ſecunda quæſtione quãdo ille qui vult venire per ſuc-
ceſſorium edictum concurreret in parte repudiata cum il
lo cui deberet accreſcere per textum cum gloſ. finali ad fi-
nem in auctentica præterea. j. vnde vir & vxor: vbi repu
diantibus deſcendentibus, & aſcendentibus ſi tranſuerſa-
les ex ſucceſſorio edicto venientes acceptent obſtant iuri
accreſcendi inopis coniugis, & hoc caſu ſucceſ. caput iuri
accreſcendi obſtat, idem enim operatur aliquid non eſſe
vel reduci ad non eſſe, ſed ſi a principio nõ extarent aſcẽ-
dentes & deſcendentes coniugem tamẽ inopem coarcta-
rent tranſuerſales, ergo idem in liberis, & parentibus re-
pudiantibus, vel alio modo excluſis, ſi autem coniunx
obicem non habet, ideſt concurrentem tunc totum ei ac-
creſcit, hoc igitur caſu non eſt mirum ſucceſſorium edictũ
excludere ius accreſcendi: quia quodlibet capud facit par
tem Alexã. & Iaſo. ſupra in quarto intellectu gloſſatoris
Dec. in vltima col. Cur. in ſeptima & octaua & alii Mod.
* præfatiqꝫ omnes in dicta auctẽtica præterea, limitationẽ
Bal. cõmuniter ſequuntur, dicitqꝫ ibidem Cur. in penult.
col. q. abſque dubio ſi aliqui tranſuerſales admiſsi repu-
diant, quidam, non portio repudiata non accreſcit vxo-
ri ſed aliis tranſuerſalib. quia dummodo eorum aliquis
ſit, vxor non habet niſi quartam * ideo in ſucceſsione li- 41
mitata non haberet locum ius accreſcendi argu. legis in
agri. ff. de acqui. re. do ſi vero omnes repudiarunt in totũ
admittitur vxor ex perſona propria vel per ius accre-
ſcendi, vt ibi per eum quicquid dicat Ioannes crotus
in dicta lege re coniuncti in vltima charta in vigeſima-
quinta quæſtione.

Prædicta limitatio Bal. prima facie obſtare intellectui
meo uidetur: quia liberi qui portionem ſuam agnoſcere
omiſerunt in portionibus per alios repudiatis concurrũt
cum illis qui ſuam agnouerũt, cum ſint in eodem gradu,
& quodlibet caput partem facit, ergo ius accreſcendi nõ
debet hoc caſu præferri per dictam deciſionem Baldi a
doctoribus cõmuniter receptam, ſed reſpondetur ꝙ in
dicta auctentica præterea, portio repudiata non vacat
cum tranſuerſales ex diſpoſitione legis primæ eiuſdem
tituli vnde vir & uxor, in dodrantem ſuccedant ſtatim,
ideo nimirum ſi non accreſcit quia, vt ſupra diximus qd'
non deficit non accreſcit, ita bene intuenti voluit idem
Baldus in dicta auctentica præterea col. prima, ſed in ter-
minis noſtę legis portio omiſſa per vnum ex dictis libe-
ris deficit, & vacat ideo &c * contra tamen prædictam li 42
mitationem Baldi obſtat cõmunis doctorum deciſio de
filia quæ mediante dote, paternæ renunciauit hæreditati,
inde mortua eſt relictis filiis vtrum: filii per ſucceſſorium
edictum ad portionem matris admittantur excluſis auũ-
culis, & matris fratribus qui per ius accreſcendi venire
poſſunt vel excludantur per dictos fratres matris cũ qui-
bus in locum matris ſuccedendo poterant concurrere ſcri
bentes infra relati, duos caſus faciunt, primum pro indu-
bitato habent qñ viuo patre deceſſit filia, ꝙ filii non ex-
cluduntur niſi filia dotem habuiſſet, ſeque illa contentam
dixiſſet & renunciaſſet, ſecundus eſt, qñ filia renuncians
poſt mortem patris obiit, & concludunt ꝙ nepotes ex-
cluduntur per fratres matris iuri accreſcendi innitentes ob
renunciationem filie, vt per Alexand. & alios in lege pa
ctum q. dotali infra de collationibus. Decius hic in vlti.
col & ſuper dicta lege pactum in penult. co. & in conſil.
clxxxi. & ſic Curtius hic in ſeptima columna reprobat
ſolutionem Decii aliter ſoluens ſequuntur etiam Mo-
derniores in repetitione legis pater filium charta decima-
tertia columna finali. ff. de inofficioſo teſtamen. Ioannes
crotus in dicta lege re coniuncti folio decimoquarto in
ſexta quæſtione.

Sed videtur ꝙ in terminis prædictæ queſtionis nõ ſit
dare ius accreſcendi, quia quando mediante dote in ma-
nibus patris filia renunciauit, portio quæ illi in bonis pa-
tris ſpectabat patri acquiritur, quia filiæ per ſolutionem
dotis in portione ſibi ſpectantes ſatisfactum cenſetur

iuxta

iuxta textum in cap quamuis de pactis in ſexto. in lege
fina. ſupra de pactis, et in dicta lege pactum quod dotali,
vbi Dec. not. indeq; patri ſuccedunt filii repertentes por/
tionem quæ alias dictæ filiæ ſpectaſſet & pertinuiſſet vni
tam & incorporatam cum patrimonio patris ad quod
fratres matris admittuntur, ergo portionem prædictam
alias filiæ ſpectantem per ius accreſcendi non capiunt.

43 Notate tamen in propoſito noſtro pro limitatione
pręſentis legis & prædictorum ꝙ ſi repudians partem
ſuam id faceret contemplatione alicuius tantum omitten
tium portionē ſuam, ꝙ ille in ea parte præferretur agno/
ſcentibus portiones ſuas in ſucceſsione ab inteſtato per
deciſionem nota. Pauli de caſtro in lege prima in. §.inde
nerat ius. ff.ad trebellianum a doct. communiter receptā
vt ibi per Aquenſem & Ripam & per eundem in dicta
lege re coniuncti in ſecunda columna per Aquenſem &
Decium in lege ſi actionum ſupra de pactis & repe. in di
cta lege pater filium colum trigeſimaquarta & latius per
Ioannē crot. in dicta lege re coniuncti folio decimoquar
to in decima quæſtione principali, vbi hanc quæſtionem
latius diſcutit, faciuntq; prædicti ſcriben. vim, an abdica
tionem & renunciationem repudiatio ſimpliciter ſapiat,
vt procedat tunc quod dictum eſt, an vero includat acce
ptationem & ceſsionē, & tunc ſecus vt ibi per eos & per
Socinum in cõſilio trigeſimoquarto volumine quarto.
Sed tunc portio non diceretur deficere, ſm quod in hac
materia noſtra requiritur, ſicque de iure accreſcendi tunc
non tractaretur.

Tandem vt ſemel finiam. Notandum eſt ꝙ hodie ex
beneficio legis vnicæ. j. de his qui ante apertas tab. & le/
gis cum antiquioribus infra de iure deliberā. quemadmo
dum ſuperius tactum fuit latiusq; ſcripſimus in lege prīa
ſupra qui admitti, & in lege prætor. ff de regu. iuris ēt in
ſucceſſionibus prætoriis ex beneficio dictarū legū ad hæ
redes fit tranſmiſſio per quam in dictis caſibus ius accre·
ſcendi impediretur vt in rub. viſum fuit, cum tunc nõ ceſ
ſaret legitima ſucceſſio & hiſce caſibus ius accreſcendi nõ
præualeret, ſed ius tranſmiſſionis.

44 Abſoluto primo pollicito capio ſcđm .q agnoſcit
de iure prætorio cum de iure ciuili hæres effici poſſet adi/
re cenſetur & efficitur etiam hęres de iure ciuili, ita hic ſen
ſit Bart. alleg legem puberem vbi hoc determinari vide/
tur infra de iure deliberan. Alexander hic ſe remittit ad di
ctam legem puberem vbi latius examinat & excluſo ca
ſu claro in dubio concludit cum opinio. Bal. in rub. præ/
cedentis titu in ſeptima quæſtionę ꝙ talis agnoſcens adi
re non videatur quia cenſetur elegiſſe viam ſuccedēdi de
iure prætorio non de iure ciuili, illa ergo ſibi pateat. §. fi.
lege ſi mulier ꝙ metus cauſa & ad dictam legem pube/
rem Reſpon. vt ibi per gloſam ꝙ improprie ibi ponitur
pro hærede ſe gerit.

Articulus ſubtilis eſt & diſputabilis vt in repet. dictæ
rubr. per Sicul. & latius per Bulgarū in ſeptima quæſtiõe
vbi atteſtantur opinio. Bal ibi eſſe a ſcrib. cõmuniter re-
ceptam, vt faciunt, pariter Angelus in. §. quos autē inſti/
tuta de bonorū poſſe. Alex. Corn & Iaſ. in dicta lege pu
berem, ſed ſecundum præallegatos verior eſt præcedens
opinio per textum vbi videtur caſus in dicta lege pube-
rem, reſponſio. n. gloſſatoris ibi q; intelligatur improprie
violentia eſt ad illum textum nec iure probatur imo con
funditur dictum gloſæ per textum in lege pro hærede ff.
de acquirenda hæreditate facit etiam text. in dicta lege
prætor vbi bonorum poſſeſſor in omni caſu pro hærede
habetur, quid igitur mirum ſi bono. poſſeſſ. agnoſcen/
do adire cenſetur, & ad motiuum Iaſ. in dicta lege pube/
rē ꝙ bono. poſſeſſ. quando alius non eſt de iure ciuili ſuc
ceſſurus iura directa conſequitur, ita vt fruſtra eum effici
hęredem de iure ciuili dicatur ex quo nihil additur, vltra
reſponſionem Iaſ. ex dictis Cor. ibi accõmodari põt ſol.

45 Et ex dictis Bal. in dicta. vii. q. põt diſputationis vti/
litas colligi, quia ſi non teneret ac ſubſiſteret agnitio bo.
poſſ. quia forſitan iudex coram quo facta fuit excõmuni
catus, & moreretur agnoſcens non tranſmitteret ſucceſ/
ſionem, ſecus ſi dicamus cēſeri eum etiam adiuiſſe vt per
Bal. ibi. Econtrario autem an ille qui venire poteſt tam 46
per ius ciuile q; per ius prætorium vt filius in poteſtate re
nūtiando vni iuri cenſeatur etiam alteri renunciaſſe Ale.
Riminal. & Iaſ. ō. circa ſm intellectum Gloſſatoris con/
cludunt contra Bar. in partem negatiuam ut ibidem quo
que per Iaſ. in pen. col. & Cur. hic in. v. ac Dec. in. d. l. qui
ſe patris in antepen. per tex. d l. ſuum. j. de iure delibe. &
per rationes de quibus p eoſdē. Alex. in dicta. l. ſuū duas
limitationes ponit quas pariter firmat Soci licet de Ale.
non faciat mentionem in lege prima charta penul. in viii.
qõne. Bart. ff. de vulga. Circa tertium de præſcriptione
ſuitatis, & iuris ſe imiſcendi ex ipſa ſuitate prouenien/ 47
tis, ac de preſcriptione iuris adeundi ex glo. iſta colligitur
quod iure ſe imiſcendi ſuis competenti ſpatio triginta an
no. præſcribitur. ita hanc glo. velle ponderant ad tex per
eam allegatum illam referendo Alex. Riminal. Cor. De
ci. & alii Moder. & Iaſ. in. l ii. col. fi. ff. de acqui. hær. tenēs
tamen contrariam opi. ſed repugnāt verba ſequentia ibi
fruſtra diceret aliis accreſcere, clare igitur demonſtrat in/
tellexiſſe perpetuo. i. ſine præfinitione temporis alias ve
rum non eſſet fruſtra dici aliis accreſcere cum lapſis trigin
ta annis accreſceret, fateor tamen prædictam opinionem
crebriorem eſſe & a doct. magis cõmuniter receptam im
miſcendi iuri ſpatio triginta annorū præſcribi vt hic per
Alex. Dec. & Moder. & late per Balb. Taurin. in tractatu
præſcriptionum fol. xxxvi. qõ. ix. col ii & ad rationem
de beneficio abſtinendi a prætore introducto ad vtilita 48
tem ſuorum tantum propter ꝙ non debet eis damno eſ/
ſe, igitur videtur q. habeatur pro herede in continenti vt
non dicatur præſcribi iuri ſe imiſcen. reſponſio. Dec. non
ſubſiſtit vt hic per Cur. in. vi col. ſubtilius ex mente tamē
Bal. reſpondet Socin. in l ſi filius qui patri in. iii. not ff. de
vulg. vbi concludit in effectu ꝙ imixtioni fictæ & legali
non præſcribatur. quia cauſatur imediate: an imixtioni
autē meræ & voluntariæ præſcribatur vt etiam per eun
dem Socin. in conſi. lxiii. lib. i. facit quod hic in. iiii. col. in.
verſi. ſecundæ quæſtio. Bald. concludit exiſtentiæ ſuita-
tis non præſcribi quia expreſſa renunciatione de iure ciui
li hoc induci non poteſt, ergo nec tēpore quia quod nõ
poteſt fieri per conſenſum qui eſt de iure naturali, nec
fiet per tēporis curſum, qui eſt menſura durationis de iu/
re ciuili, vt per eum & volunt præallegati Scri. ꝙ ex quo
ſpacio triginta annorum præſcribitur petitioni hæredita
tis per poſſeſſorem hæreditariorum bonorum fruſtrato/
ria inde eſſet imixtio ſublato iure agendi ad bona hæredi
taria cõtra poſſeſſores bonæfidei, ideo in effectu dici põt
tāto tpe iuri imiſcendi præſcribi & cõſequenter in pūcto
iuris verius videtur ꝙ contra col. opi ſ. dictum fuit non
præſcribi videlicet iuri imiſcendi, quamuis contra poſſeſ
ſorem. xxx. anno petitio hæredita. nõ detur & ſic iſto ca
ſu fruſtratoria eſſet imixtio limitando tamen vt per Ale.
in con. lxxxiii. in. ii. vo. & Bal. in loco. præalleg. iuri vero
adeundi facilius & abſq; dubio præſcribitur ſpatio. xxx.
anno, iura rationes fundamenta huiuſcemodi dicti late re
fert ac ponit Balb. Tauri. vt. ſ. Circa quartum de benefi
cio abſtinendi co. opi. eſt cum glo. noſtra ꝙ ſit de iure ci 49
uili. §. ſed his permittit prætor. Inſt. de hære. qual. & diffe
ren. de q̃ late quāuis impertinenter per Iaſo. hic col. xii. cū
ſequ & ante per Riminal. in. l. qui ſe patris co. xiii. j. vnde
liberi a quo Iaſ. mutuo accepit ꝙ hic ſcripſit, & tradunt
etiam ſcribē in. l. ventre & in. l. neceſſariis. ff de acqui hær.
concluduntq; cõiter præfati ſcrib. abſtinendi beneficium
nõ annale, ſed perpetuum eſſe per regulam. l. iure in fine.
ff. de excep. doli. Curt. hoc tenet q; ſit annale & ꝙ ſi filius
patiatur annū labi ꝙ nõ abſtineat, nec voluntatē eius de/
clarat, amplius abſtinere nõ poterit quia regu. d. i. pure 50

nō procedit qñ exceptio talis eſt quæ ad excipientis libi-
tum ad actū deduci poteſt, vt a ceſſante ratione text. ille
probat, & ponit Bar in.l.ii ff.de exce & Alex.in l.nā.&
poſtea in princ.ff.de iureiur.cū ergo in facultate filii ſit ab
ſtinere conſequens eſt abſtinendi beneficium annale eſſet
reſpondebā alias ꝙ etſi in poteſtate filii ſit abſtinere, poſt
quā tñ abſtinuit in manu ac poteſtate ſua nō eſt abſtinen
di beneficium opponere niſi conueniatur. Sed non tollit
difficultatem, cū ſit in poteſtate filii abſtinendi voluntatē
declarare, quod ſi nō faciat elapſo tēpore nō videtur face
re poſſe, & per conſequens nec poſtea contra creditores
eū cōuenientes abſtinendi beneficium opponere. Pro ſo
lutione vide Soc in.d.l.ſi filius qui patri in.ii.no.nā quod
dicit Cur. procederet in expreſſa abſtēſione ſed in tacita,
quæ ſine alia declaratione uoluntatis ſit ſecus eſt, cum
tutus ſit filius abſq; alia declaratione. Ideo ſemper dictū
abſtinendi beneficium poterit opponere cum ſe non imi
ſcendo abſtinuiſſe cenſeatur vt ibi per Soc. Circa vltimū
51 * an ius ſubſtitutionis potentius ſit q̃ ius accreſcēdi illud
que impediat & excludat doct. cōiter concludunt ꝙ ſic,
iura hoc probātia plura sūt i.§.ſi duo.l.ii.ff de ſcdm tab.
in.l.penul.ff de iniuſto rupto.in.l.fi.j.de hæred.inſti.cum
not.ibi per Iaſ in.vii.no.hicq;.& latius in.d.l.re coniuncti
col.xxxvii.cum ſequē.in.iii.qō.Bart. vbi etiam per alios
Mod.& per Dec.in.l.teſtamento.j.de impube.et aliis ſub
ſtitutio.& latius per Bolognin in conſi. lxvi.rationē con
52 cluſionis aſsignant * quia ſubſtitutus ex expreſſo iudicio
teſtatoris venit, propterea ius accreſcendi quod ex tacito
vt dictum eſt procedit, ceſſare facit cum expreſſum taci-
tum ceſſare faciat lege cum ex filio.§.filio.ff de vulga. iſta
ratio confunditur per tex.in d l.ſi cum not.per Iaſ. ibi &
in aliis locis præall. quia ſi ſubſtitutio tacita ius accreſcen-
di ceſſare facit vt ibi.oportet dicere aliam fuiſſe rōnem in
ſubſtōne quæ faciat ceſſare ius accreſcendi, quia ea atten-
ta tacita ſubſtitutio ius accreſcendi ceſſare nō faceret, pro
pterea Lancello.pol.in tractatu ſubſtitutionum fol.xxiii.
col.iiii.in iii.effectu, & in dicta.l.re coniuncti. ſub titu. an
53 & quando coniunctus præferatur ſubſtituto * dicit ius ac
creſcēdi eſſe quodam ius & remedium ſubſidiarium qd'
cæteris deficientibus cōpetit, & remedium ſubſidiarium
alia remedia, quæ priora ſunt expectat lege in rem.ff.
mandati, ideo &c. & ꝙ ſit remedium ſubſidiarium vo-
luit etiam Deci. in.dicta.l teſtamento prædictam rationē
alio modo deducendo, & pariter Rip. in.d.l re coniun-
cti col. iiii.in.iii.q.Bart.quia ius accreſcendi non competit
niſi portio pœnitus deficiat. Sed veniente ſubſtituto non
deficit pœnitus: ergo quod non ſatisfaciat cum portio,
quantū ſit ad ipſum inſtitutum reſpectu ipſius non adeun
tis vel non agnoſcentis pœnitus ſatis deficere videtur, &
iura ſolum conſiderant excluſionem ipſius hæredis, vt
portio ſua deficere dicatur aliiſq; accreſcere vt in l.noſtra
& in.l.iii.§.fi.cum.ll.ſequētibus.ff.de bon. poſſ.& in.l.qui
54 ex duabus ad fin.ff.de acqui.hære cum ſimi. * propterea
in expreſſa ſubſtitutione ratio per ſcriben. aſsignata quia
expreſſum facit ceſſare tacitum bona videtur cum id ve-
rum ſit, nec poſſit negari. In tacita vero ſubſtitutione il-
lud contingere poteſt dici vt teſtatoris voluntas ſeruetur
quia ex quo ſubſtitutum dedit voluntatis ſuæ fuiſſe vide
tur vt ad eum tranſiret portio illa, non autem pœnes co-
hæredes remaneret ideo ſeruandum eſſe lege in conditio
nibus ff.de condi. & demon. lege cum auus eo titu.cum
ſimilibus dicamq; hoc caſu non eſſe in iure accreſcendi te
ſtatoris tacitum iudicium. Sed in ſubſtitutiōe tantū, alias
enim vnū tacitum aliud pariter tacitum ceſſare non face-
ret, cum par in parem non habeat poteſtatem lege ille a
quo.§.intempeſtiuum.ff.ad trebellia. Ex quo colligi pōt
ſolutio ad ea quæ ſcribit Ruyn. in repe.§.& quid ſi tantū
lege gallus in trigeſimanona col.cum ſequentibus de libe
ris & poſthumis vbi cōtrarium attentauit ꝙ veniens per
ius accreſcendi ſubſtitutum tacite excludat reſpondendo
ad præallegatam legem fina. vt ibi per eum. Ad corro-
burationem prædictorum facit optime textus cum ibi
notatis per Aretinum in.le.toties. ff.de acquiren. hæredi.
& ſtatim dicam.

Reſtringitur tamen ampliatio prædicta de tacita ſub-
ſtitutione vt per Iaſ.& Rip in locis præallegatis.

Ampliatur ſecundo concluſio prędicta * vt procedat 55
etiam in ſubſtitutione inualida per legem penulti. ff.de in
iuſto rupt. vt notat Iaſon & alii in dicta lege finali in.v.
notabili. Declarando tamen latius, vt per Poli.et Ripam
in locis ſupra allegatis.

Limitatur prædicta concluſio vt procedat, qñ ſubſti-
tutus alius eſt a coniuncto, alias ſimul ſtant in eodem ſub
ecto Bal.hic col.vii.in.x.queſtione per dictam legem te-
ſtamento, vbi idem Bal.rationem ponit quia ſubſtitutio
iſit ad augendum ideo non minuit.ad idem tex. notab.in
lege quidam eulogio infra de iure deliberan. vbi Cor.
poſt Bal.colligit not. ꝙ potentius eſt ius accreſcen. quod
competit eo ipſo quod quis ſibi ipſi datus ſit cohæres, q̃
illud quod competit dato alio cohærede, quia excludit
ius accreſcendi in perſona alterius propter duplex ius in
ſtitutionis.ſ.& iuris accreſcen. quod eſt in perſona eiuſdē
circa eandem perſonam vt ibi, & quamuis Decius in di-
cta lege teſtamento teneat quod imo in caſu iſtius limita
tio. ceſſat ius accreſcendi, & hæres veniat virtute ſubſtō-
nis, quamuis portionem illam in qua ſubſtitutus eſt recu
ſare non poſſit per textum in lege ſi quis hæres inſtitutus
in principio.ff.de acquirenda hæreditate vbi Aretin. de
quo Dec.non facit mentionē hoc tradit. Idem etiam vo-
lens in lege totiens ad finem illo eodem titulo. Sed cōmu
nis eſt ad oppo. vt per omnes in dicta lege teſtamento,
vbi Curtius reſpondet cuidam ſubtili argumento Acc.
in locis præallegatis facto. Mihi etiam videtur ꝙ textus
dictæ legis ſi quis hæres dicat contrarium eius ad quod
citatur per Decium in aſsignatione rationis ibi quoniam
inuito accreſcet, ergo venit ibi hæres non iure ſubſtitutio
nis, ſed per ius accreſcendi, reſtringe tamen hanc limita
vt ibi per Pau. Alex. & Curt licet Corn. ibi reprehendat,
Pau.de caſt.

Limitatur etiam concluſio pluribus modis vt per Iaſo
nem & moderniores in dicta lege re coniuncti in tertia
quæſtione Bart.& Lancello. politum in locis præallega.

Vltimo ſtringe reſpectu tranſmiſsionis, * quia poten- 56
tius eſt ius accreſcendi quantum ad tranſmiſsionem q̃ ius
ſubſtitutionis lege ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legitimis
ampliando & reſtringendo vt in euidentialibus dixi vbi
rationem concluſionis poſui.

Iuxta prædicta * cadit hic notabilis articulus nunquid 57
faciens alicui partem ius accreſcendi excludat? Bal.hic in
quinta col.in.ii qōne dicit ꝙ omnis qui alteri partem fa-
cit ius accreſcendi excludit in perſona illius & ratio aſſi-
gnari poteſt, quia portio ex toto non deficit prout na-
tura iu.accreſcē.exigit, quemadmodum in ſuperioribus
diximus & in terminis declarat Paul.de caſt.in lege plane
in.§.ſi coniuncti.ff.de legatis primo, ſecus in eo qui nō fa
cit partem, vult dicere Bal. ꝙ non admittitur ad partem
propterea non impedit ius accreſcēdi ſed intellige nec ad
mitti ſperatur iure aliquo agendi, vel retinendi de rigore
aut ex æquitate vt.j.poſt Paul. de caſtro dicam, alias ſe-
cus vt per Ripam in dicta lege re coniuncti col.trigeſima
tertia ponentem quatuor caſus in quibus qui non admit
titur ad partem, facit tamen partem, & ius accreſcendi im
pedit, ſunt enim duæ regulæ quas voluit Bald tangere,
quæ valde notabiles ſunt. vna eſt ꝙ ille qui admittitur ad
partem facit alteri partem dicta lege plane.§.ſi duobus in
verſiculo plane, qui uero non admittitur ad partem
nec admitti ſperatur iure aliquo agendi vel retinendi de
rigore vel æquitate ſicuti non admittitur ad partem, ita
non facit alteri partem, alias ſecus text. eſt in.l.qui repu-
gnantis.ff.de inoffi. teſta. & in. d.§.ſi duobus, & vtrobi-

que no. Paulus. de caſtro. Hoc autem eſt dicere partem fa
cere cum qui admittitur ad partem ideſt, efficere coniun
ctum partiarium & ne plus ſua parte recipiat: & econtra
rio non facere partem eum qui non admittitur ad partē
ideſt non impedire ſocium: quin totum accipiat, ſicq; eū
partiarium non facere, hæc materia longa eſt, & vtilis ad
plures quæſtiones. An quomodo, & quando ille qui ad
partem nō admittitur alteri partem faciat, de qua videre
poteris Aretinū & alios ſcribentes in. §. ſi coniuncti. & in
§. ſi duobus præallegatis. Barto. & repetentes in lege pa-
ter filium. ff. de inofficio. teſtamento, Paul. de caſtro in cō
ſilio. ducenteſimoquinquageſimoſecundo. cum ſequenti
in antiquis, Fulg. in conſilio quinquageſimoquinto. Ra-
pha. cōmenſem in conſilio. trigeſimoquinto Corneum in
conſilio centeſimononageſimoſeptimo libro primo, &
quadrageſimooctauo. in ſecundo, & centeſimononageſi
moocttauo in tertio. Gui. papæ in quæſtio. ducenteſima-
nonageſimaquinta, Socin. in dicta lege ſi filius qui patri
columna decima, & in conſilio ſeptuageſimoſexto libro
tertio, Iaſ. in conſilio ſexageſimoquinto libro primo, De
cium conſilio. devii. Ioannem crotum in dicta lege re
coniuncti folio duodecimo, late Modern. aſtenſes in tra-
ctatu excluſiuo fœminarum ſtantibus agnatis, articulo
decimotertio. quæſtione tertia, Zaſium Germanum ora
toriæ magis, & literaliter quam legaliter declarantem in
ſuis intellectibus charta quinquageſimaſexta, & Moder-
num Alexan. in conſilio quinquageſimoſexto, & cente
ſimouigeſimoſecundo.

Gloſa final. diuiditur in quatuor, vel quinq; partes vt
hic per Riminal. & Iaſon eſtq; clara, & quamuis Baldus
Paulus, & Riminaldus eam puerilem eſſet dicant, Ale-
xā tñ eius doctrinam cōmuniter approbatā tradit quod
a veritate alienum eſſe ſtatim demōſtrabo, eamq; in plu
ribus errore labi, & corrigi per ſcribentes.

Ex prima parte colligite primo * ꝙ pars deficiens aliis
58 ipſo iure accreſcit abſque alia petitione de quo diximus
in decimo euidentiali, & in ſecundo notabili ampliando,
& limitando propterea plures notabiles reſultant effe-
ctus, vt ex ibi dictis apparet ꝙ non requiritur aliud de-
cretum prætoris, nec præſentia iudicis. Item quod tem-
pus non currit, vt faceret ſi noua agnitione opus eſſet,
curreret enim tempus centum dierum extraneis, & libe-
ris anni iuxta legem ſecundam, & legem emancipata ti-
tulo primo, & legem primam ſupra de ſucceſſ. edict. fa-
ciunt quæ hic Riminaldus ſcribit.

59 Secundo ex hac gloſ. colligitur * ꝙ inter ſuccedentes
diuerſo iure portio accreſcit mediante noua agnitione le-
ge ſed cum patrono in princip. ff. de bonorum poſſeſſ.
quod verum non eſt: quia vt ſtatim dicam inter ſucce-
dentes diuerſo iure non eſt locus iuri accreſcendi, ita vult
Iuriſcon. ibi. propoſuit enim chema in patrono præterito
cui prætor dat bonorum poſſeſsionem contra tabulas li
berti pro tertia parte, & hæredi ſcripto, cui ſecundum ta
bulas reliquum competit. Subiungit non habere locum
in dicto caſu ius accreſcēdi ex quo poſtea per dictionem
igitur, quæ regulariter illationem ex præcedentibus facit
lege diuus cum ſimilibus. ff. de cuſtod. reorum infert qđ
omittente ſcripto hærede bonorum poſſeſsionem ſm ta
bulas patrono pollicetur prætor nominatim bonorum
poſſeſsionem alterius partis, cum cæteri quibus accreſcen
di ius eſt ſemel deberent agnoſcere, vult ergo manifeſte
quod inter patronum, & hæredem ſcriptum ius accre-
60 ſcendi eo caſu non ſit *, & aduerte ꝙ non aperit ille tex
tus quæ & qualis ſit illa poſſeſsio quam prætor patro-
no pollicetur ſcripto hærede omittente Corn. hic colum.
ſecunda poſt Rapha. ait ꝙ ibi portio deficiens non per
ius accreſcendi, ſed iure ſubſtitutionis deuoluitur facit lex
ſi ſolus, in princip. ff. de acquirenda hereditate ſecundum
verum intellectum, de quo in ſecundo euidētiali dictum
fuit, & ſecundum Bartolum in dicta lege ſed cum patro
no conſequitur ibi patronus totam liberti ſucceſsionem
per bonorum poſſeſsionem unde legitimi per legem ſe-
cundam ſupra unde legitimi, &c. §. cumq; ante inſti. de bo
no. poſſeſſ. & illa bonorum poſſeſſ. contra tab. primo da
ta ſcripto omittente in bonorum poſſ. vnde legitimi con
uertitur. vt ibi per Bar. ita ꝙ eodem iure totam ſucceſsio
nem liberti defuncti patronus conſequitur faciunt quæ
diximus in ſuperioribus indagantes cauſam introductā
iuris accreſcendi citando legem cum qui ædes. ff. de vſu-
cap & in propoſito dicemus etiam ſtatim. probatur igi-
tur in dicta lege, ſed cum patrono ꝙ inter ſuccedentes di
uerſo iure accreſcendi ius locum non habet, ad quod ſm
Cor. hic in ſecunda col. doct. cōmuniter illam legem alle-
gant * adde etiam Are. in. l. ſi totam in. ſi. & in. l. qui patri 61
col. iii. ff. de acqui. hære. & Ful. in conſi. lv. col. ii. dicentes
ꝙ pariter ius collationis delatum eſt his qui ex eodem ca
pite non ex diuerſo a iure uocantur. l. paterfamilias cum
l. ſeq. ff. de colla. dotis, & l. cōtra filium in. §. uideamus. ff.
de bon poſſ. & quāuis. d. l. ſed cū patrono per doct. pro
ſing. ad prædictam concl. allegari ſoleat. adeſt tñ alius no.
tex. & clarus ad idē in. l. fine in. §. ex. duobus. ff. de iu. pa.
quem Bar. ibi tanquā ſing. no. q, habenti portionē iure in
ſtitutionis portio eius qui per contratab. uenit nō accre-
ſcit, ſecus dicit ſi ambo per cōtratab. venirent: quia eodē
niterentur iure: ſunt tamen diuerſi caſus prædictarum. ll.
quia in terminis legis ſed cum patrono veniebat præteri
tus patronus per contratab. ceſſante iure accreſ. vt dictū
eſt, ſed in. §. ex duobus inſtitutus erat altero præterito, &
tamen eodem modo dicitur non eſſe iuri accreſcendi lo-
cum, quia diuerſo iure veniunt.

Et ſecundum Salycetum hic in prima quæſtione eodē
iure ſuccedere aliqui dicuntur, quādo omnes ex teſtamē
to, vel omnes ab inteſtato ſuccedunt, aut oēs de iure ciui
li vel omnes de iure prætorio, ſeu omnes per ſm tabu-
las ſeu omnes per contra tabulas. vt. ff. de bonorū poſſeſ.
lege tertia. §. ſi. cum duabus. ll. ſequentibus. iure vero di-
uerſo cum quidam ex teſtamento, quidam ab inteſtato
alii per ſcdm, cæteri per cōtra tabulas veniunt, vt in dicta
lege ſed cum patrono, vel alii de iure ciuili quidam de iu-
re prætorio, vt ibi nota. & eſt ratio: quia eadem res, & ea
dem acquiſitio diuerſo iure cenſeri non debet argu. dictę
legis cum qui ædes, & legis Papinianus exuli. ff. de min.
& lege ſi. ff. de cal & ſequitur Iaſon in dicta lege re coniū
cti col. quadrageſimaſeptima verſicu. decimo inter ſucce-
dentes diuerſo iure, & alii ſcrib. & prius hoc voluit Bart.
in §. ſi. dictæ legis tertiæ, Ful tamen hic contrariam opi-
nionem tenuit tanquam meliorem, ſequuntur plerique
moderni, & pol. in dicta lege re coniuncti ſub titulo, quā
do habeat locum ius accreſcendi columna ſina. & Mo-
der libro quarto paradoxorum, licet de prædictis non
faciat mentionem.

Et pro iſta concluſione multa adducuntur, in primis
tex. in lege ſi certarum. §. primo ſupra de mil. teſta vbi li-
cet vnus iure militari ſucceſſerit alter paganico, & cōi lo-
cus eſt iuri accreſcendi prout vult tex. in illis verbis totam
hæreditatem defendere, ſecundo per textum in. §. fina. le
ge filium. ff. de lega. præſtan. vbi portio illius qui de iure
cōmuni debebat ſuccedere ei, qui de iure ſpeciali ſucceſ-
ſit accreſcit, per quem textum dicunt Bart. Paul. & Soci.
in lege mulieri col. ſi. ff. de conditionibus, & demonſtra.
q, ſi legatarius ętate minor legati partem ſuam repudiet
poſteaq; in integrum reſtituatur alterius portio ſibi accre
ſcit, quamuis ſpeciali iure ſuccedat, tertio adducuntur no
tat. in lege quoties infra de hæredibus inſtituendis vbi
portio vniuerſaliter inſtituti accreſcit in re certa inſtituto,
qui tamen loco legatarii habetur, quarto allegatur tex-
tus legis primæ in. § hoc edictum iuncto. §. ſi quis ex ne-
potibus. ff. de coniungē. cum emancipa. liberis eius, vbi
portio liberorū in poteſtate exiſtentium qui de iure ciui-
li ſuccedunt accreſcit patri emancipato venienti de iure

prætorio ipſis liberis portionem ſuam omittẽtibus. quin
to per legem quidam eulogio. ff. de iure delibe. vbi pupil-
laris ſubſtitutio illi qui ex teſtamento paterno venit ac-
creſcit. ſexto: quia in hæreditatibus, & ſucceſsionibus ac-
creſcit inuito: quia in illis diuiſio fieri non debet. vt ſu-
pra viſum eſt ergo ratio predictorum ſcriben. pro hac
parte potius faciet.

Ad legẽ: ſed cũ patrono reſpondent aliqui intentaſſe
ſibi patronum bonorum poſſeſſ. contra tabulas reſpectu
portionis ſibi debitæ tantum iuxta legem primam infra
de bonorum poſſeſſio contratabu liber ideo ſcripto hæ
rede poſtmodum repudiante neceſſe eſſet nouam bono.
poſſeſsionem petere. Quæ reſponſio nihil valet quia
etiam quando in una hæreditate plures inſtituti ſunt por
tionem ſibi ſpectantem quiſque petit, & tamen aliis re-
pudiantibus accreſcit illis qui portionem ſuam agnoue-
runt. ut in hac lege, & in §. in his lege prima de caducis tol
lendis ſubtilius reſponderi poteſt ſm Poli. & Modernio.
mediolanen. in locis præallegatis. quia ceſſat omne abſur
dum in ſuperioribus conſideratum patronus enim hære
di nullo modo coniungitur, non quidem ex diſpoſitio-
ne teſtatoris cum vnus ab eo inſtitutus ſit alter præteri-
tus: nec ex coniunctione legis cum hæres ex inſtitutione
vocetur, at patrono dodrans tit. inſtitutionis minime de-
bitus ſit. §. ſi debita lege etiam ff. de bonis libertorum, ſic
que non põt reſultare inconueniens, vt idem teſtatus in-
teſtatusq; decedat, ſed ſi poneremus in eodem caſu deſe-
ciſſe patronum, non autem ſcriptum hæredem, dicendũ
eſſet contrarium ꝙ portio patroni accreſceret hæredi ſcri
pto, alioqui reſultaret inconueniens per dictam legẽ ius
noſtrum conſideratum ꝙ libertus pro parte teſtatus &c.
vel clarius dici poteſt mirum nõ eſſe ſi in caſu dictæ legis:
ſed cum patrono nõ habeat locũ ius accreſcendi: quia re-
media contraria pœnitus erant contratab. videlicet, & ſe
cundũ tabulas quę quidem directo contraria ſimul in eo
dem ſubiecto ſtare non poſſunt lege prima cũ ibi not. C.
de furtis. vt late dixi in lege repugnantia. ff. de regulis iuris
propterea nimirum ſi iuriſconſultus ibi dicit ius accreſcẽ.
ceſſare faciunt rõnes, quas ad comprobationem cõmu-
nis concluſionis ſtatim adducam.

Sed a præcedenti concluſione cõmuniter a docto. re-
cepta recedendum non eſt, nã ius accreſcendi effectus eſt
coniunctionis. ut in tertio euidentiali dixi. propterea in di
uerſis ſucceſsionibus, & ex diuerſis teſtamentis ius accre-
ſcendi locũ non habet vt in vltimis euidentialibus viſum
fuit, facile. n. vt inquit Cicero ſimilia coniunguntur, diſſi-
milia difficillime diſpares. n. mores diſparia ſtudia ſequun
tur quorum diſſimilitudo amicitias, & coniunctiones diſ
ſociat. vt in libro de amicitia Cicero teſtatur: item quia ſi
cuti in habẽtibus ſimbolum facilior eſt tranſitus: ita in ha
bentibus diuerſitatem difficilior lege in rem. §. item quæ-
cũque. ff. de rei vendic. cum aliis per Rip. allegatis in lege
centurio col. xi. cum ſequentibus ff. de vulg. propterea
recte dixit hic Bald. in quarta col. de quo in ſuperioribus
etiam mentionem feci ꝙ ſimilitudo eſt cauſa generatio-
nis, & augmenti: diſsimilitudo cauſa contrarii propterea
mirum non eſt ſi ius accreſcendi, & coniunctionis inter
62 diuerſo iure ſuccedentes locum ſibi non vendicat. et quã
uis lege deficeremus ipſa rõne naturali id probare ſuffice
ret lege ſcire oportet in. § ſufficit ibi cuius fidem ſufficit fir
mare ex ipſa naturalis iuſtitia. ff. de excuſat. tuto. & lege
vnica. §. primo ibi naturali rõne ſubnixum C. de cad. tol
len. cum aliis plene accumulatis per Barb. in conſilio ter-
tio col. finali libro ſecundo, Iaſo. in lege dedi §. ſi libertus
columna. ſecunda. ff de conditione cauſa data, Decium in
capitulo ſecundo requiris in tertio notabili de appella. &
Corſetum in ſingularibus ſuis ſuper litera o, ſingulari in-
cipit vbi docto.

Nõ obſtant adducta in oppoſitum, nam ad §. primũ
lege ſi certarum reſponde non tractari ibi de iure accre-
ſcendi: quia accreſceret inuito. vt ſupra dictũ eſt quod ibi
non ſit, quia cogitur hæres, ut dicit ibi, aut totam defende
re hæreditatem, aut totum creditoribus ſoluere, idque cõ
tingit ne priuilegium militũ in præiudicium creditorũ, et
alterius cedat, ut ibi per glo. ad §. fin legis filium reſpõdet
hic Curtius in tertia col. & prius Soci. in dicta lege mulie
ri col. penultima. ad quartum reſponde ꝙ illi liberi in po
teſtate extantes admittuntur pariter de iure pretorio, vt
vult ibi textus, & ſic eodem iure ideo cætera reſoluentur
in limitationibus infra dandis.

Limitatur ergo primo prædicta concluſio ſm Curt.
hic col. tertia, vt quamuis ius accreſcendi locum non ha-
beat poſsit tamen ille in cuius perſona accreuiſſet, ſi eodẽ
iure ſucceſsiſſet portionem repudiatam petere de nouo,
& conſequi dicta lege ſed patrono. quæ limitatio nõ eſt
bona, vt enim textus ibi in duobus locis euidenter vult,
& ſupra dixi non conſequitur patronus totam hæredita
tem inſtituti per ius accreſcẽdi, ſed per ius ſucceſsionis ad
eum poſtea deuolutæ, quia illa bono. poſſeſſio contra ta-
bulas quæ ſibi competebat omittente ſcripto hærede adi
re conuertitur in bonorum poſſeſſionem vnde legitimi,
& ab inteſtato ſuccedit in totum, vt poſt Bartolum ſu-
pra dictum eſt, habet igitur patronus ille omne patrimo
nium defuncti liberti iure ſucceſſionis, non autem per ius
accreſcendi. Secundo limita vt concluſio prędicta non
procedat quando ille qui diuerſo iure ſuccedit in locum
eius, qui eodem iure venit ſubrogatur, nã propter vim,
& naturam ſubrogationis vbi alias repelleretur ad ius ac
creſcendi admittitur, ita Aretin. per illum tex. in lege ſi to-
tam in fi. ff. de acqui. hær. faciens de hoc feſtum, ſequun-
tur ſimpliciter Iaſo. loco præallegato vbi Rip. in octauo
caſu, & Lancel. poli ſub titulo, an & quando ius accreſcẽ
di tranſeat in ſucceſſorum col. fina. dicens regulam legis:
ſed cum patrono procedere quando illi ſuccedunt diuer
ſo iure principaliter ſiue ex perſona propria, ſecus quan-
do ſubrogantur in locum hæredis vendentis, ſequitur &
Cur. hic in tertia colum. ita ꝙ venit ex iure illius de quo
vide Bart. in dicta lege ſed cum patrono, ſed Alcia. de prę
dictis verbum non faciens in locis ſupra allegatis repræ-
hendit Areti. per legem. i. de bono. liber. ſed non reſpon-
det legis & argumento Areti. contra quem nihil facit di-
cta lex prima. ibi enim non eſt aliqua ſubrogatio: ſed ad
imaginem, & ſimilitudinem eius ꝙ ſocietatis nomine li-
bertus huius præſtabat introducta fuit illa bono. poſſeſ.
patrono poſt mortem liberti danda, annihilata, & annul
lata ſocietate ibidem relata.

Sed ex alio limitatio bona non videtur, quia quando
fit ſubrogatio in locum eius qui eodem iure ſuccedit, nõ
dicitur eſſe ius accreſcendi inter diuerſo iure ſuccedentes,
ſed inter ſuccedẽtes eodem iure. cum talis propter ſubro-
gationem cenſeatur eodem iure ſuccedere. cum ſubroga
tus ſapiat naturam eius in cuius locum ſubrogatur iuri-
bus vulga. & conſequenter quamuis dictum in ſe verum
ſit limitatio tamen ad concluſionem prędictam non eſt
bona cum non ſit de regula.

Tertio limitatur ſm Bald. in auten. præterea ad fin. i.
colum. ff. vnde vir, & vxor, vt ſolum procedat concluſio
prædictam in ſucceſſione prætoria, ſecus autem in ciuili
per tex. ſingularem in dicta lege quidam eulogio. ff. de iu
re deli. ſequuntur ſimpliciter Iaſ. & Rip. loco præalleg. &
Mod. rep. in dicta lege pater filium in tertia co. nonæ char
tæ, ſed hæc limitatio non placet Curt. hic: quia non datur
ratio diuerſitatis inter prætoriam, & ciuilem, et militat rõ
ad concluſionem ſuperius aſsignat in dicta. l. quidam eu-
logio dici poteſt ſecundum Curt. quod eodem iure ſuc-
cedebatur, quia pupillaris ſubſtitutio dicitur teſtamen-
tum patris, & filii, vt eſt vulius pupillo lege patris, et filii.
ff. de vulga. & quia pupillo magis expedit in hæreditate
paterna inſtitutũ habere pupillarẽ ſubſtõnem. quia ſuſti-
netur hoc modo pupillaris ſubſtõ quæ in fauorẽ pupilli
inuenta

inuenta fuit §.qua rõne inſtit.de vulga.& pupil. ideo talis ſubſtõ patris teſtamentum appellatur nec ob. ꝙ negari nequeat quin inſtitutus in re patris non ſuccedat diuerſo iure in bonis pupilli cum ius inſtõnis, & ſubſtitutionis diuerſa ſint, nam propter vnitatem teſtamenti non diuerſo: ſed eodem iure ſuccedere videtur. alias eadem res diuerſo iure cenſeretur, item aduerte quia licet Curt. dicat docto non tangere limitationem Bald quia imo Areti. illam tãgit & reprobat bona ratione in lege qui patri columna iii.ff. de acquirẽ. hæredi. rurſus aduerte: quia in lege quidam eulogio non tractatur proprie de iure accreſcendi, patet quia pars pupillo ſpectans adita fuerat, ius vero accreſcendi, vt ſupra dictum eſt locũ non habet vbi portio ſemel agnita fuit, ideo &c.

Quarto limitatur prædicta cõis concluſio quando ſequeretur inconueniens ꝙ teſtator pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decederet, quia tunc locus eſt iu. accreſcendi etiam inter ſuccedentes iure diuerſo per text. cũ ibi not. in lege quotiens. J. de legit. hæred. ſequuntur Cur. hic in. iiii. col. Rip. loco prçalleg. & Mod. repeten. in dicta lege pater filium loco prædicto & ideo in caſu dictæ legis: ſed cum patrono diximus. ſ. locum ius accreſcendi habuiſſet, vbi ſcriptus hæres adiuiſſet, & patronus repudiaſſet ne ſequeretur abſurdum de quo in lege ius noſtrum, & tangit etiam in ſpecie Cor. in dicta auctentica præterea cap. ſi. tñ vt in euidentialibus dixi non eſt in. d. l. quoties proprium ius accreſcendi: ſed improprium rurſus in. d. l. ſed cum patrono, quando repudiaſſet patronus, et adiuiſſet hæres, pars patroni accreſceret hæredi ea rõne ne liberus pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decederet, & ſumpto argumento a ceſſante rõne coniunctionis oppoſitorum, & contrariorum, tunc. n. hæres non ſuccederet in locum Patroni repudiantis. vt ueniret iure illius: ſed iure ſuo, & ex perſona ſua, vt colligitur ex dictis ibi per Bart. ideo diceretur eodẽ iure totã hæreditatẽ habere.

Quinto, & vltimo limitatur predicta concluſio ſm Bart. in. d. l. re coniuncti in xi col. ut inter diuerſo iure ſuccedentes non ſit locus iu. accreſcendi vbi adſunt ſuccedentes eodem iure, ſecus vbi non adſunt. vult enim tunc Bar. locum eſſe iuri accreſcendi. vt etiã per gloſ. in. d. l. ſed cũ patrono in vltimo exemplo ſequuntur ſimpliciter Modern. repeten. in dicta lege pater filium loco præallega. & Rip. loco prædicto reputantes notandum, & magnam reſtrictionem ad communem concluſionem ſcriben. ſed obſtant rationes in ſuperioribus aſſignatæ ꝙ contraria non copulantur nec coniunguntur, neque bene morantur in eodem ſubiecto, & in dicta lege: ſed cum patrono ſm vltimum exemplum portio deficiens non iure accreſcendi: ſed iure ſucceſſionis ad patronum deuoluitur, vt in ſuperioribus demonſtraui concurrunt tñ in diuerſis perſonis bon. poſſe. contra tab. & bon poſſe. ſm ta. in lege ſed cum patrono, quia prima non reducit rem ad cauſam inteſtati: ſed ad legitimam portionem ipſi patrono tantũmodo debitam competit præallega. §. ſi debita. & tradunt Barto. & ſcrib. in lege poſthumo. J. de bono. poſſe. contra tab.

63 ✠Ex prædictis etiam habetis ꝗ. inter ſuccedentes per
contratab. & ſic contra voluntatem defuncti titulo hæ-
reditario uniuerſali ius accreſcẽdi locum habet, & eſt tex.
in lege. i. §. ſi quis ex nepotibus. ff. de coniug. cum emanci
64 pa. lib. eius* ad cuius quidem tituli declarationem pote-
ris videre Pau. de caſ. in lege ſi proponas. ſ. de inoffic teſt.
& Lanzelotum gal. in lege gallus in. §. & quid ſi tantum
numero quadrageſimooctauo cum ſequenti. ff. de lib. &
poſthu. tex. uero dicti. §. ſi quis ex nepotibus valde nota
bilem in hac materia dixit ibi Bar. eſt etiam alius tex. in le-
65 ge ſi ex duobus la. i. ff. de cõtratab. * vbi Bar. notãter col
ligit coniunctionem legalem fieri duobus modis. primo
quando plures vocantur ad idem ex eadem diſpoſitio-
ne diuerſa tamen ratione. ſecundo quando vocantur ad
idem ex eadem diſpoſitione, & eadem ratione, quando
ergo portio vna deficit ille qui ex eadem diſpoſitione, et
ratione vocatur potentius habet accreſcendi ius, quã ille
qui vocatur ex eadem diſpoſitione diuerſa, tamen ratio-
ne quaſi magis fortiuſque coniunctus, vt ibi, nepotes
enim ibidem inuicem vocantur cum fratribus patris, &
eorum patrui ex eadem diſpoſitione: ſed nepotes inui-
cem vna ratione vocantur, & alia fratres: ideo portiones
nepotum inuicem accreſcunt, non autem accreſcunt fra
tribus, & ratio iuris accreſcendi in dictis iuribus eſt de
qua ſupra diximus, ne quis decedat ꝓ parte teſtatus &c.
vt declarat Barto. in dicta lege re coniuncti, columna vn
decima verſiculo: ſed contra prædicta Soci in lege mulie
ri, columna fina ff. de conditionib. & demonſtrationibus
& Moderniores Aſtenſes in dicto tractatu excluſiuo fœ
minarum ſtantibus agnatis, in decima quæſtione noni
articuli, & quamuis Ioannes crotus in lege re coniuncti
columna uigeſimaquinta verſiculo quinto eſt concluſio
prædictam rationem uideatur impugnare, eo quod in ca
ſu prædictorum iurium non concludat, quia ſi iuri accre
ſcendi locus ibi non eſſet, portio contratabulantis expu-
gnato teſtamento per contratabulantem ad ſequentem
in gradu ſpectaret, ſicque ſucceſſioni ab inteſtato ex toto
locus eſſet, tamen reſponderem ad cauſam inteſtati non
reduci niſi quando inſtituti non adirent, verum hæredita
tem repudiarent, & tunc ſuccedentes ab inteſtato non
contra voluntatem defuncti: ſed ſecundum eius uolunta
tem venire dicerentur, prout in ſecundo euidentia-
li declarauimus.

Et iſtud accreſcendi ius hoc caſu ſecundum diſpoſitio-
nẽ legis ſimpliciter iudicatur & a teſtatore dici non po-
teſt ſecundum Deci. in rubrica ſupra eod. in ſecunda co
lumna * eſt pariter ius accreſcendi in querela contra vo 66
luntatem defuncti lege qui repudiantis, lege ſi proponas
ſupra de inoffic. teſtam. & hæc eſt propria materia dictæ
legis pater filium * at inter ſuccedentes ſpeciali quodam 67
iure particularique titulo contra voluntatem defuncti ius
accreſcendi ceſſat. text. eſt ſingularis in lege mulieri, & ti-
tio. ff. de condit. & demonſtra. ibi enim conſequitur mu
lier partem vſusfructus legati ſpeciali quadam ratione
reiecta in perſonam mulieris conditione non nubendi a
teſtatore appoſita fauore publico iuxta legem primã. ff.
de ſoluto matrimonio * ideo ius accreſcendi locum non 68
habet, Socin. ibi ſubtilius excutiens intellectum illius le
gis mulieri. & titio probat totum contrarium velle quod
immo mulier quæ ex ſpeciali quodam iure & ratione ad
partem vſusfructus legati contra teſtatoris voluntatem
ibi admiſſa fuit per ius accreſcendi deficientem portio-
nem conſequitur, vt a contrario ſenſu cuius argu. fortiſſi
mum eſt probat ibi tex. dum dicit quandiu. titius, & vi
uet, & in eodem ſtatu erit. & Socinum ſequuntur omnes
Moderniores in dicta lege re coniuncti. ut ibi per Ioan.
Crotum col. uigeſimaſecunda cum ſequenti in verſiculo
tertio principaliter Pol. col. quadrageſimaprima, ſub titu
lo quando locum habeat ius accreſcendi, & Rip col. trige
ſimaquarta cum duabus ſequenti. vbi tamen dicunt fuiſ
ſe intellectum Paul. de caſt. & Raph. commenſis adde, &
Ful. in conſilio quinquageſimoquinto, aſſignant prædi
cti ſcribẽ. plures nota. rationes ad tex prædictæ legis mu
lieri, & titio, & ita tenendum eſt quicquid dixerint Mod.
lib. vi. paradox. ca. octauo quorum conſideratio confun
di videtur per tex. ipſius legis mulieri ibi quandiu titius,
& viuet, & in eodem ſtatuerit, nõ. n vult a contrario per
tinere tunc vſumfructum ad proprietarium, de quo nul
la eſt ibi mentio, ſed ad mulierum de qua ibi totus eſt ſer
mo, comprobo, quia niſi ita diceremus, nõ tñ beneficio
legis. vt ibi in tex. ſubiungitur mulieri cõceſſum eſſet quã
tum ſi conditioni paruiſſet, nam ſi conditioni paruiſſet iu
ri accreſcendi locus eſſet, ego, & in caſu ipſius legis ſum
pro argu. a contrario ſenſu, ut prædicti ſcrib. uoluerunt.

Saluari tñ aliqualiter poteſt Bart. in caſu expreſſo in di
cta lege mulieri, vt ſaluat Lanc. pol. loco præalleg cuius
declaratio ad illum tex. legis mulieri in fin. licet ſibi aſcri-
bat fuit Fulgo. in conſi quinquageſimoquinto in penul.
col. Rurſus aduerte ꝙ. docto male videntur illum text.
allegare modo quo adducunt, ꝙ inter ſuccedentes iure
ſpeciali contra voluntatem teſtatoris locum non habeat
ius accreſcendi, quia legatarii ibi non ſuccedunt omnes,
imo titius a ſucceſsione, & legato propter contrauentio-
nem mulieris contra voluntatem defuncti nubentis re-
pellitur: ideo correctius dicas prout ſupra retuli ꝙ mulier
quæ iure quodam ſpeciali ad partem vſufruct. legati cō
tra teſtatoris voluntatem ibi admiſſa fuit deficientem por
tionem, titio viuente, & in eodem ſtatu permanente per
ius accreſcen non conſequitur. de quo tex. tandem vt ſe-
mel finiam vide Fulgoſ in præalleg conſi. quinquageſi-
moquinto quem in alio propoſito ponderat Iaſo. in con
ſil ſeptuageſimonono lib. tertio.

In eadem gloſa ibi lege ſi ſolus §. fi. ad propoſitum nō
facit vt hic per Alexand Riminal. & Iaſo. & Cur. in pen.
col. faciunt quę circa intellectum ipſius legis ſcripſi in ſe-
cundo euidentiali.

In eadem glo. ibi lege. i. ff. de impub. & aliis ſubſtitu. me
lius dicite, vt hic per Cor. & Iaſ. & dictū glo. melius pro-
batur in lege. i in. §. ſinuero quidam. ff. de cad tollen. & de
materia dictæ legis primæ vide Dec. in conſi. centeſimo-
octuageſimoſexto. & quingenteſimoquarto et quingen
teſimononageſimonono.

Extra gloſſ. quærunt hic Ale. Cor. Iaſ. & alii poſt anti-
quos, de quibuſdam quæſtionibus in materia iuris accre
ſcendi nunquid locum habeat in legitima, in feudo in em
phiteoſi, & quibuſdā aliis de quibus plene per Ioā. crot.
& alios in dicta lege re coniuncti in vltimis chartis.

* An diſpoſitio legis noſtræ locum habeat in feudo la
69 te ſcribit Cur. in tracta. feu. in ulti. car. ſecundæ partis prin
cipalis, & Soci. in conſi. ſexageſimoſexto libro tertio.

De legitima vtrum in ea pariter locus ſit iuri accreſcen
di vltra ea quæ Alex & alii hic ponunt, & Mod. repert.
in dicta lege pater filium infinita accumulari poſſent. de
emphiteoſi vide Gorneum hic col. fi. Ale. in lege ſi mihi,
& titio col. iii. ff. de uerb. oblig. & in cōſilio octuageſimo-
nono col. fi lib quarto Deci. in conſilio ducenteſimo ſexa
geſimotertio, & trecenteſimouigeſimoſexto * Et ex di- 70
ctis ibi per eos determinari poteſt pulchra, & vtilis quæ
ſtio quam alias vidi in actu practico, vtrū portio rei em-
phiteotice paternæ vel auitæ pro ſe, & deſcēdentibus ſuis
receptæ deficiens in perſonam vnius ex deſcendentibus
accreſcat aliis ſeu rectius loquendo virtute antiquæ inue-
ſtituræ ſeu repetitæ conceſsionis ſpectet, & debeatur, ita
ꝙ de tali portione nequeat decedens diſponere in præiu
dicium aliorum puta unus ex quatuor fratribus deſcen-
dentibus per rectam lineam ab eo qui receperat ab eccle-
ſia fundum emphiteoticum pro ſe, & deſcendētibus ſuis
maſculis dictum fundum pro quarta parte pro qua ipſe
ſucceſſerat poſsidens vnum tantū ex dictis ſuis fratribus
in oibus bonis ſuis inſtituerat hæredem: dubitabatur an
alii fratres eſſent excluſi a prædicta parte emphiteotica di
cendum videtur ꝙ non, quia cum partem illam dicātur
habere a prædeceſſoribus ſuis virtute prædictæ inueſtitu
ræ ſeu repetitæ conceſsionis non debuit eſſe in manu, &
poteſtate illius diſponentis dictū ius tollere vni ſoli relin-
quendo emphiteoſim, verū oibus fratribus virtute anti-
quæ inueſtituræ, & repetitæ conceſsionis potius, quam
per ius accreſcendi ſpectare ptinereq; videtur per ea quæ
ſcribunt Alexan. & Deci in conſi. præallegatis Ruinus
in conſi. centeſimodecimooctauo col. iii. lib. i. Pariſius in
conſi. nonageſimooctauo vol ſecundo, & Gozadi. bo-
non. in conſi. ſeptuageſimoquinto.

Laus, & gloria ſit Deo optim. Maxi. a quo eſt oīs ſcientia
noſtra qui licet benedictione noſtra non augeatur, nos
tamen creſcimus Auguſtino, teſte eum benedicentes. Ab
ſoluta Paduæ. M D X L V. Ianuario menſe.

SVMMARIVM.

SVMMARIVM.

Augmentum dotis factũ a patre vxori vnius ex filiis an in diuiſione filiorum cõputari debeat in parte illius cuius contemplatione factum fuit, & ſic in effectu ad onus dicti filii ſpectet, nume. 204

Collatio quot modis ſumatur, cur inuenta, an fauorabilis vel odioſa, & inter quas perſonas fieri debeat, nume. 25. 42. vſque ad fi. cõmenti.

Conſequentia an tollatur data inſtantia, nu. 19

Deſcriptio in quo differat a diffinitione, nu. 28. &. 28. cum ſequenti.

Donatio ſacta filio in poteſtate ſeu æmancipato, an et qñ conferenda ſit, nu. 177. 190. 194. 197. & ſeq.

Dotis lucrum, an & quando conferendum, nu. 168.

Diſpoſitio loquens de inteſtato an cõprehendat pupillos, & inteſtabiles, & quid ſi loquatur per aduerbium ab inteſtato, nu. 162. cum ſeq.

Emancipati an & quæ conferre teneantur, numero. 91. 157 &. 161.

Filius an præſumatur eſſe in poteſtate patris. 78. cum ſequenti.

Inteſtatus inteſtabilis, & ab inteſta. de his, numero 62. & ſequenti.

Inteſtatus an quis præſumatur vel probandum ſit, nu. 64. cum ſequenti.

Leges ſapiunt quũ ponunt practicam, & an correcta rõne l. ſit correcta ipſa lex, nu. 1. &. 171. cum ſeq.

Liberorum fauor magnus eſt, nu. 37. &. 103

Matrimonium legitimum an præſumatur, num. 81 cum ſequenti.

Parentes æqualitatem inter filios ſeruare debent, numero. 188

Pendens quod vt ad prohibitum, & ad permiſſum ſe habet ſtat, ut ad prohibitum, nu. 86.

Præſumptio in his quæ facti ſunt per l. non inducitur affirmatiue, nec negatiue, nu 79

Rõ & cauſa quando pręſumatur finalis, & liceat allegare rõnem naturalem, nu. 75. &. 146

Syllaba quæq; debet eſſe cum miſterio aliquid operandi in iure, numero. 106.

Teſtator in teſtamento ita poteſt diſponere de rebus hæredis, ſicut de ſuis, nu. 192.

Teſtatus dicitur quis deceſſiſſe licet ex poſt facto ꝓ parte corruerit teſtamentum, nu 147

Teſtatus inteſtatus inteſtabilis, & ab inteſtato quõ differant, nu. 62. &. 63

Viuere uſq; ad centum annos, an quis præſumatur, & ex præterito quomodo præſumatur in præſentia, nu. 89. cum pluribus ſequen.

Vnionis rõne conſequitur quis ſæpe illud, quod alias ex propria ſui perſona non conſequeretur, nu. 103

IN LEGEM SI EMANCIPA.

QVemadmodum Bart. & ſcribentes teſtifi
1 cantur * hæc lex clauis eſſe totius materiæ
collationis. Pulchra, & not. in tex. in mate
ria vtilis, & difficillima: coniuncta eſt igi
tur in hac materia cum ſubtilitate vtilitas,
